DE PRAEPOSITIONUM USU APUD SEX SCRIPTORES HISTORIAE...

Friedrich Salomo Krauss

DE PRAEPOSITIONUM USU

APUD

SEX SCRIPTORES HISTORIAE AUGUSTAE

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM VINDOBONENSIUM
ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS SALOMO KRAUSS
RECATINENSIS.

VINDOBONAE.
APUD CAROLUM KONEGEN.
MDCCCLXXXII.

DE PRAEPOSITIONUM USU

APUD

SEX SCRIPTORES HISTORIAE AUGUSTAE

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM VINDOBONENSIUM
ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS SALOMO KRAUSS
RECATINENSIS.

VINDOBONAE.
APUD CAROLUM KONEGEN.
MDCCCLXXXII.

TYPIS CÆS. REG. TYPOGRAPHIÆ FR. WINIKER & SCHICKARDT.

GUILELMO HARTEL

ISIDORO HILBERG

CAROLO SCHENKL

S.

Fridericus Salomo Krauss

uitam suam breuiter enarrat.

Natus sum pridie id. oct. anno h. s. LIX. Recatinae in Pannonia Sauia patre Guilelmo matre Eva patris consobrina ex gente Herzog. quod parentes septuagenarii adhuc sunt quam maxime laetor; siquid equidem honesti umquam didici parentibus carissimis debeo, qui quamquam quoad mens mea respicere potest dura premebantur paupertate, tamen omnia impendebant, ut me litteris studiisque elegantioribus erudirent. a patre linguam hebraicam nec non germanam, a matre Slauorum regionis meridianae dialectos tres didici. scholas pueriles apud sacerdotes ordinis minorum in monasterio illius municipii frequentabam. ex magistris sacerdotem Constantinum Horvatić, qui nunc abbatis munere in monasterio quodam in Pannonia fungitur, ualde amabam. nouem annos natus gymnasium Recatinense adii, quod per octo annos non sine laude frequentabam; fui enim inter condiscipulos primus. attamen in gymnasio non multa didici, nisi exceperis ueterum Slauorum linguam, quorum monumenta summa cum diligentia perscrutabar, nec non linguam Italorum magistro Matthaeo Gršković, qui nunc Mursae rectoris gymnasii munus obtinet. quod linguarum latinae et graecae studia adtinet, professoribus, qui uocantur, nihil fere debeo, sed

omnia centurioni ueterano uiro octogenario **Victori Gashy,** omnium hominum, quorum memoriam animo memori condidi, mihi dilectissimo, cuius in me merita dum uiuam numquam obliniscar. fuit ille, qui ante hos sex annos morte inuidenda beate obiit, per quattuor annos mihi magister idemque amicus, quo benigniorem terra mihi non tulit. ab eo eruditus sum praecipue artibus mathematicae linguis latina et gallica. postea in uniuersitate litterarum Vindobonae magistrorum summa scientia florentium scholas adibam, qui sunt: Hartel Hoffmann Schenkl Gomperz Hilberg Hirschfeld Fridericus Müller Brentano Zimmermann. fui sodalis seminariorum philologi et archaeologici. ante sex menses edidi uersionem quinque librorum de somniorum coniectione, quos scripsit Artemidorus Daldianus.

ac uero restat ut summis laudibus commemorem uiros AEmilium Scaria Maximilianum Neuda, qui studiis meis fauentes curas de rebus ad uictum necessariis graues easque Musis inimicas per tres annos benigne ex animo meo depellebant.

scribebam Vindobonae mense Augusto a. h. s. LXXXI.

Praemonenda.

Sex scriptores, quorum sermonem uolgarem ex parte inlustraturus sum sunt Aelius Spartianus Julius Capitolinus Volcatius Gallicanus Aelius Lampridius Trebellius Pollio Flauius Vopiscus Syracusius qui principum uitas ab Hadriano ad Numerianum ab. a. 117—284 p. Ch. in usum protectorum suorum ex graecis et latinis rerum scriptoribus compilarunt. erant temporibus Diocletiani et Constantini. ac uero Aelio Spartiano ascribuntur in codicibus uitae Hadriani Aelii Veri Didii Juliani Seueri Pescennii Nigri Caracalli Getae, Julio Capitolino Antonini Pii M. Antonini Veri Pertinacis Clodii Albini Macrini Maximinorum Gordianorum Maximi Balbini, Volcatio Gallicano Auidii Cassii, Aelio Lampridio Commodi Diadumeni Heliogabali Alexandri Seueri, Trebellio Pollioni Valerianorum Gallienorum Salonini Gallieni Triginta Tyrannorum Titi Censorini Claudii, Flauio Vopisco Aureliani Taciti Floriani Probi Firmi Saturnini Proculi Bonosi Cari Numeriani Carini. qui scriptores cum fere contemporanei pariterque eruditi uel potius inepti essent, exceperis fortasse unum Vopiscum, non est mirum si in sermone unius alteriusue eorum discrimina maiora uix reperiri possunt, ex quibus rectum iudicium de uniuscuiusque dicendi genere tibi conformaueris. qui uero discrimina statuunt, quae

satisfaciant ut contra codicum auctoritatem quasdam uitas uni alteriue horum scriptorum adtribuantur, alia proferant atque Plew [1]) et Brocks [2]), quorum uterque tironum more rem tractauerunt haud raro falsa protulerunt singulas uitas scriptori huic uel illi adiudicantes. quorum temeritas uel hac re perspicitur, quod quamuis non satis diligenter materia sit conlecta et inuestigata tam confidenter in adtribuendis et abiudicandis uitis dissentiunt, quasi nihil eos in perscrutanda materia fugisset. quo sit modo tota haec quaestio consideranda recte iam Salmasius intellexit cuius sunt in commentario t. I. p. 439: „eadem in multis prope uerba ut si diuersi sint auctores censendi uno ueluti ore locuti uideri debeant.“ —

lingua latina qualis apud praestantissimos scriptores legitur per sermonem uolgarem ex parte cum linguis Italorum ueterum ex parte cum romanis quae dicuntur tam arcte cohaeret, ut sermonem cui sedes prima intra urbis pomoerium erat, nullo fere spatio intermisso per duo milia annorum persequi liceat. et permultis quidem copulis linguas romanas cum illo sermone uolgari arcte esse coniunctas, praecipue intellegitur poetarum comicorum sermone acrius considerato, qui sane habet in quibus longe distet a sermone pereleganti qualis a Cicerone usurpatur. —

sermo plebeius non modo quod adtinet ad linguas romanas magni est momenti et praeterea quod ex eius cognitione iustum iudicium ad ingenium rationesque totius latinitatis rectius percensendas percipimus, quo haud paucae ad artem grammaticam pertinentes quaestiones recte dissoluuntur, sed etiam quod eo cognito anti-

---

[1]) E. Plew: de diuersitate auctorum h. a. Regimonti 1869.

[2]) E. Brocks: de IIII. prioribus h. a. scriptoribus. Regimonti 1869.

quitatis historiam mores studia quibus populus potissimum obcupatus fuerit quae cum aliis nationibus habuerit commercia alia plane quomodo aestimanda sint denuo perspicere possumus. accedit quod cognitio sermonis plebei formarum plurimum adiumenti adfert cum ad firma argumenta in temporibus constituendis quibus unus alterue scriptorum recentiorum uixerit enucleanda, tum ad contextum in eorum scriptis, qui magis quam ueterum scripta deprauationibus obnoxius erat recte emendandum. —

ac uero in huius generis disquisitionibus uix satis caute agere possumus ne modum rectum transgrediamur. multae quidem critico hac in re apud hos sex scriptores difficultates remouendae sunt, in quibus saepe de sermonis uolgaris formula cogitari licet quamquam exempla plura desunt. per multi sunt deinde loci, in quibus codicum discrepantia non ante admittebat certum iudicium quam grammaticae rationes exemplis omnibus conlatis satis erant confirmatae. non minus uero critico animaduertendum est ne pro uitiosis reiciat, quorum rationem usu oblitteratam uiderit, neu defendat, quae in manuscriptis facile poterant conrumpi uel aperta uitia atque menda librariorum inscitiae tribuenda falsa analogia uel potius credulitate perductus temere in textum intrudere conetur. quae semper in lectitando praeoculis habui et ut dicam quod sentio, acriter perscrutatis uernaculae uestigiis, persuasi mihi non semper genuinam scriptorum manum esse traditam, cum formae rusticanae librariorum conrigentium manus sint expertae. —

haec subficiant. fortasse de praepositionum ui atque natura desideras quaestionem quae ut opinor ab hoc prodromo exulare potest cum alii inter quos Pott in clarissimo de praepositionum libro satis adcurate hac de

re egerint. liceat modo quaedam exempla proponere in quibus casus librariorum neglegentia permixti exhibentur, quo facilius tibi iustum iudicium de horum scriptorum textu ut in codicibus traditur conformare possis.

loci ubi accusatiuus uel desideratiuus pro casu locali traditur sunt:

Marc. 8, 9: Romam remansit. BP. Com. 8, 5: feras Lanuuium in amphitheatro occidit. BPM.

Max. et Balb. 16: resedisse Rauennam. B.—P: apud R. —

pro ablatino desideratiuum exhibent codices:

Trig. t. 32, 1: timorem uiolentae mortis imperasse BPM. Marc. 17, 7: leonem unam missionem simul exhibens BP. Hadr. 5, 9: post haec Antiochiam digressus est. BP. Did. Jul. 8: missi a senatu quorum curam per militem gregarium — occisus est. BP[1]. Seuer. 9, 5: Nigrum etiam uictum (pro: uictu) iuuerant BPM. Max. 20, 8: se uere hostem omnium iudicium haberi. B; Pesc. N. 7, 9: uos terras uestras leuari censitionem uultis BPM. Gord. 10, 8: iussum Gordianum interemptum. BP. ib. 14, 5: lentas militum mentes et non alacres animos hanc contionem et Maximinus ipse cognouit. BP. Pesc. N. 3, 9: quem bello uicimus. BP; B[2]: bello; P[2]: per bellum. Petschenig in libello maiore ex parte sagacitatis pleno: Beiträge zur Texteskritik der s. h. a. Vindob. 1879. p. 29; excidisse putat post „m" uocabuli „quem" praepositionem quae est „in" adfertque exempla ubi „in" cum desideratiuo pro ablatino construitur, sed nullum quadrat ad confirmandam eius coniecturam; ipse omnia conlegi exempla (uide infra), quorum ne unum quidem cum hoc de quo agitur comparari licet, recte igitur editores „bello". — Hadr. 12, 5: seruo in se cum gladio furiosius irruentem. BP[1]. Prob. 9, 2: (sepulchrum) quo exstat tumulo usque ad ducentos pedes terra elatum. Pescen Nig. 5, 5: uenientem in orientem Seuero. B. —

pro desideratino ablatiuum:

Marc. 19, 2. (extr.) Plato si reuertatur in uita BPM. — Alex. Seuer. 62, 3: insignes uiros qui non quieta morte oppetissent. — Trig. t. 19, 1: proconsulatu Achaiae gubernabat. BPM. — Ver. 3, 8: cum illi soli senatus detulisset imperio BP[1]. — Claud. 12, 4: barbari Anchialo uastare conati sunt. — Aurel. 1, 10: tu

uelim meo munere boni consulas. BPM. Eyssenh.: meum munus; Peter: meo muneri; — Alb. 6, 2: egit et legione quartanorum et primanorum. BP[1]. — Seuer. 16, 8: cum Antiochia transisset. B. — Max. 24, 4: dici uix potest quanta laetitia fuerit cum Roma per Italiam caput ferretur. BP.

et desideratiui et ablatiui inter se commutatorum exemplum uide Aurel. 47, 1: panibus urbis Romae unciam de aegyptio uectigali auxit.

exemplum ablatini pro nominatiuo exarati habes in uita Valer. 7, 7: primus genere nobilis sanguine emendatus uita doctrina clarus moribus clarus exemplo antiquitatis.

mirum est quod legitur in hoc exemplo Claud. 14, 15: haec autem omnia specialiter non quasi tribuno sed quasi in ducem loco detuli, BPM. uiri docti uarie locum tentauerunt: Gruter: ducendo locum. Casaub.: ducendos. Salmas.: ducem e loco. Mommsen: exercitum ducis loco. nullius coniecturam defendere ausim. uideant alii.

nomen substantiuum adtributo uel praedicato uel relatiuo generis alius excipitur: Claud. 7, 6: ad patriam solum redire. B[3]: patrium. — ib. 8, 1: habuerunt duplicem numerum quam illum qua. BPM.

iam uero praefationi finem imponam, cum quae supra monui manifeste doceant non inutilem laborem me conligendis atque in certum ordinem reuocandis exemplis suscepisse. quod uero ad ordinem adtinet fortasse quibusdam obfensioni erit, quod potissimum respexerim quomodo praepositionibus boni sint usi scriptores, non respiciens praepositionum naturam, qua in locales temporales modales causales diuiduntur. in biuio uidelicet stabam ut ante hos quinquaginta annos Hand ille cum haec scriberet: „haec uero omnia cum cognata sint et unius originis ea inter se tam familiariter coeunt ac cohaerent, ut multis in exemplis dubium sit nec magnopere referat utrum hoc an illo nomine rationem comprehendas ueluti causam intelleges, ubi alii rem ex aliqua parte considerandam cen-

suerunt. utrumque enim unum habet argumentum sed diuersa est eius relatio." — quae quidem recte animaduertens minime imitanda uia per litterarum ordinem praepositiones tractauit, quo factum est, ut res propositas saepius diuersis locis tractaret, easdem pluribus locis commemoraret, ita ut sine magno labore atque taedio uix rectam utilitatem ex uiri clarissimi immortali doctrinae documento percipias. opus quod omnes homines elegantiores ualde dolent ad finem perducere praematura morte abrepto non contigit. omnes uero qui post eum eadem de materia scripserunt operis praestantiam non sine laudibus extollebant, interdum illius scrinia misere compilantes saepe melius facere conantes haud raro uituperantes, quae ille suo loco apte dixit.

in enumerandis exemplis singulis quoad fieri potuit ad Handii Tursellinum Draegeri syntaxin Rönschii „Itala und Vulgata" legentes reuocabam, ne hic libellus nimis adcresceret et quia confidebam fore, ut qui hoc opusculum perlegerint ipsi ex suis ingeniis adderent quae fortasse disquisitione uberiore digna uiderentur. denique adfirmo omnia exempla, in quibus aliqua proprietas uel uerborum structurae uel significationis commemoranda uideretur me quam adcuratissime et diligentissime adferre studuisse, sed cum in exemplorum copia paene immensa facile fieri possit, ut hoc uel illud conligentem ecfugiat exemplum, ab iis qui hoc legunt peto, ut sicubi aliquod exemplum omiserim uel falso indiderim numero, memores quam humana omnia parum sint integra, benigne ignoscant.

scribebam Vindobonae pridie kalendas Septembres h. s. a. LXXXI.

Praepositiones quae cum desideratiuo coniunguntur.

Ad.

H. I. p. 76. sq.[1]) Comm. 16. 6: ad munus conuenire. — Heliog. 23. 2: c. ad. ludos; Pert. 13. 6: confluere ad. cf. Vell. 2. 55. 2; 2. 80. 4; Trig. t. 1, 2: conuolare ad. Alb. 3, 3: ducere ad. Did. Jul. 2, 4; Max. 11, 7; Pius. 6, 4: deducere ad. — uerbum deferendi cum praep. „ad“: Pius. 3, 4; Macr. 6, 5; Max, 11, 4; 15, 6; cum datiuo Gord. 6, 4; Did. Jul. 8, 3: euocare ad. — Heliog. 21, 5: erepere ad. — 3, 3: festinare ad. — Al. Seu. 4, 3: ire ad; 60, 8; Aurel. 5, 5; Auid. Cass. 3, 6; — Pert. 1, 6: iter facere ad. — Alb. 7. 2: mittere ad; Ver. 5, 8; Gord. 18. 6; Prob. 16, 6; Heliog. 15, 6; Trig. t. 26, 5; ib. 7; Aur. 49. 8: peruenire ad; Trig. t. 10, 15; Claud. 18, 1; Diad. 7, 1; Al. Seu. 13, 1 (extr.); 14, 7; — Gall. 7, 2: procedere ad; 14. 8; Comm. 2, 5: proficisci ad bellum. Al. Seu. 60, 1; 60, 4; cf. Marc.

[1]) ad cum uerbis motum significantibus omnibus temporibus adhibetur in fine designando quo ipse motus terminetur. apud classicos quos uocamus scriptores, saepius praepositio „in“, pro „ad“ cadentis latinitatis obuiam fit uel datiuus nominis pro praepositione intercedit.

20, 6; Ver. 6, 7; 9, 8; Gord.: 23, 6; Max. et B.: 8, 5; 9, 1; 10, 1; in bellum pr. Just. 2, 11, 9; — Hadr. 3. 2: ad bellum prosequi; — Trig. t. 10. 1: ad imperium prosilire. — Gall. 7. 3: ad propria recedere. — Al. Seu. 34, 3: redire ad bonos mores; Heliog. 15, 1; Flor. 5, 5; ib. 6, 2; Hadr. 2, 10: r.; Seu. 22, 4; Pert. 13, 3; Marc. 12, 2; Ver. 7, 9: ad triumphum r.; Carac. 3, 3; Marc. 24, 4; — Heliog. 3, 1: ad Antoninum reuertamur; „ad" om. B[1]. — Pius, 9, 6: uenire ad; Max. 4, 6; Trig. t. 2, 3; Alex. Seu. 55, 2; Auid. Cass. 3, 2; Tac. 8, 5; 5, 1 (bis); Pesc. N. 5, 1: u. ad imperium. Max. 1, 7; Alb. 7, 1; Seu. 22, 2; Pius. 8, 1; contra Macr. 15, 2: uenire in imp. — Diad. 5, 6: ad incunabula u. —

H. p. 77, 2. Seuer. 18, 2: Britanniam ad finem Oceani muniuit. — Gall. 18, 3: ad summum ascendere. — Heliog. 5, 4: ad pedes defluere. — Prob. 1, 5: ad facta conscendere.

H. p. 77, 3. Al. Seu. 39, 3: ad horrea conferre. — Prob. 15, 7: ad nota differe. — Aurel. 37, 1: subripere ad. — Macr. 12, 8: cogere ad.; Car. 3, 4; Marc. 23, 5; cf. Pius 5, 4; — Cass. 11, 1: impellere ad. — Pertin. 9, 2: ad opera publica sumptum constituere; — Al. Seu. 14, 5: ad artes traducere. — Pescen. N. 9, 2: ad famam uenire; contra Ver. 1, 1: in famam aut in spem u.; cf. Marc. 15, 5: ut Marcus in sermonem uenerit.[2])

H. 78, 5. Comm. 2, 9: prouehere ad. — Gall. 11, 2: reducere ad. — Gord. 22, 4: rapere ad.

H. p. 79, 6—81.[3]) Seuer. 3, 4: ad Hispaniam missus; Pesc. N. 5, 4: ad Africam m.; Gord. 5, 3; Verus

---

[2]) aliter se habet locus apud Auct. b. hisp. 31, 5: ad subsidum u.; cf. 31, 4 (ibid.) ad subsidium traducere; quae construendi ratio Gallis probatur: uenir au secours, i. e. uenire ad succursum, cf. Diezium l. l. III. 3, 158.

5, 8; 9, 7; — Max. et B. 8, 4; cf. Sulp. Seu. uit. Mart. 20, 8: ad Italiam pergere Dial. III. 11, 4: ad Hispanias m. — Marc. 27, 2: reuertens ad Italiam; Hadr. 13, 1: ad Achaiam nanigauit. Seuer. 8, 7: ad Africam legiones m.; Pius. 27, 2; Alb. 6, 6; cf. Macr. 4, 7; — Gord. 5, 3; — Pius. 7, 11: ad agros profectus ad Campaniam; — Macr. 4, 5: ad Africam ire; — Saturn. 9, 3: ad Palaestinam rediit; Prob. 18, 1: ad Thracias r. — Aurel. 13, 1: Mauricio ad Aegyptum destinato; — Gall. 11, 1: se ad Bithyniam conferre; — Alb. 6, 3: ad Galliam transferre; cf. Max. et B. 5, 9; contra Pert. 2, 4: t. in Daciam; Pert. 2, 2: in Britanniam t.; — Justin. 2, 14, 3: copias in Boeotiam t. — Car. 7, 2: ad Gallias principem mittere. — Al. Seu. 35, 2: ad Athenaeum processit; — Pert. 1. 6: „in Syriam profectus,“ cl. Hadr. 13, 6: ad orientem p. — Pert. 5, 7: ad Palatium p. cl. Ver. 7, 6: ad Euphraten p.; — Aurel. 35, 1: p. ad orientem; 4: ad Gallias p. — ib.: ad Illyricum redit[4]); — Pert. 3, 5: ad Britanniam p.; ad om. P[1].

[3]) quam religiose Plew in opusculo supra c. munere grammatici cui credi debeat, functus sit, inlustrandi causa adlata eius adnotatione demonstrem; dicit enim de diuersitate sex scriptorum historiae augustae disputans, p. XLI.: „ad denique a Spartiano duobus locis nominibus terrarum pro praepositione „in“ additur, Hadr. 13, 1: ad Achaiam; Seu. 8, 7: ad Africam;“ —

[4]) „ad“ pro „in“ cum terrarum nominibus in inscriptionibus persaepe inuenitur; e. c: Wilm. inscr. n. 1241: Alexandreae ad Aegyptum; n. 1262: praefectus ad Siciliam; — apud Eutropium quoque legimus 2, 12: ad Africam profecti; 2, 14: ad A. regressus; item apud Seruium ad Verg. Aen. 1, 2, ubi adnotat: „Italiam uenit“ pro: „ad I. uenit“. — cf. Diezium l. l. III[3]. 157; Draegerum I[2], 533; — addi possunt loci apud Auct. b. Hisp. 40, 8; 42, 1: „ad Hispalim recurrere, se recipere“. —

H. p. 81. Alex. Seuer. 42, 1: ad Palatium reuertere; — 48, 1: ad P. rogare; — 54, 7: arma ad P. ferre. — Max. et B. 8, 3: ad P. ire; — cf. Fl. 7, 17; Ter. Phorm. 2, 1, 82; Ouid. fast. 4, 167; i. ad Graeciam Amm. Marc. 15, 2; — Pesc. N. 10, 7: ad bellum i.; — Max. et B. 8, 7; 9, 2; cl. Liu. 9, 32, 1; Vell. 2, 48, 2: ad arma i. — Prob. 10, 5: ad Palatium reductus; — Did. Jul. 3, 5: se ad P. recepit; = Seuer. 22, 7; ib. 52, 4; contra, Maxim. 26, 7: in P. se r. — Carac. 8, 8: a militibus ad P. trahi; — Aurel. 35, 5: in Capitolium peruenit, sero autem ad P.[5]) — Pesc. N. 5, 6: uenire ad orientem; — Prob. 17, 2: ad orientem iter flexit; cf. Hadr. 13, 6; Pius 4, 8: transire ad imperatorium; cl. Marc. 7, 4: ad cubiculum transire. — Carac. 10, 6: ad orientem t. — Trig. t. 15, 4: ad orientem uertit; Al. Seu. 23, 8: qua est seruis ad suburbana imperatoria iter; — Flor. 2, 2: ad insulam proconsulem mittere; — Hadr. 18, 2: transferre ad; — Claud. 7, 6: ad patrium solum redire, Carac. 3, 3; — Gall. 9, 4; — Tac. 7, 2: i. ad campum Martium; — Claud. 4, 2: t.; — cf. Aur. 20, 3; — Heliog. 30, 4

---

[5]) C. Maué in dissertatione: de praepositionis „ad" usu Taciteo, Moenofrancfurti 1870. pag. 3. dicit: „discrimen praepositionum „ad" et „in" loco illo ex Senecae epist. 73. 14. desumpto apertissime perspicitur: „deus ad homines uenit, immo quod propius est in homines uenit;" itaque in uniuersum dicamus, „ad" exprimit uicinitatem, „in" proximam uicinitatem uel coniunctionem; „ad" personarum, „in" terrarum regionumque nominibus adiungitur." — haec fere ad uerbum Maué ex Handio I. p. 75. ita exscripsit, ut quae probe atque apte dicta essent, praeteriret, falsa sua interponeret. — uerba: „ad" personarum, „in" terrarum r. q. n. a." nullo firmo fundamento nituntur. cf. H. I. p. 79—81; 91, sq. —

(extr.); Gall. 17, 7; Alex. Seuer. 48, 6; — Max. 12, 1: ad paludes et siluas confugere; — Max. 3, 1: procedere ad campum; Trig. t. 30, 14: ad contionem p.; Heliog. 15, 6; = Alex. Seuer. 48, 2; Gall. 17, 2; Heliog. 16, 5; — Pertin. 11, 8: ad interiora prorumpere; — Heliog. 5, 3: ad aulam perducit; — Seuer. 8, 3: ad senatum uenire; = Did. Jul. 2, 4; 5, 3; 6, 9; — Max. 22, 3: ad contionem u.: Gord. 22, 6: ad curiam u.; Marc. 3, 1; contra: Seuer. 7, 4: in senatum uenit; Did. Jul. 3, 2; Pius 11, 8: in domum alienam u.; — Carin. 17, 5: ad quendam locum u.; Pesc. 1, 5; Macr. 9, 2: ad templum u. — Al. Seu. 54, 4: ad castra, ad deuersoria recedere. —

Hand. p. 81. 7. Tacit: respicere ad nutricem; Aur. 19, 3: ad fatalia iussa r. Max. et B. 17, 8; — Trig. t. 2, 2: ad romanum solum traxit; — Claud. 12, 3: ad deos atque sidera demigrare; — Tac. 2, 4: reuertere ad bonam mentem; — Aurel. 41, 4: ad exercitum referre aliquid.; Al. Seu. 33, 4: ad usum reuocare; — Marc. 29, 1: promouere ad honores; Suet. Vesp. 16: p. ad ampliora officia; — Plin. paneg. 90, 8: ad eum gradum promotus; id. ep. 7, 31, 3; 3, 20, 1; — Aurel. 8, 3: ad nostra non facit tempora; — Al. Seu. 14, 2: alis ad caelum uehi; — Seuer. 22, 1: ad caelum rapi. Cf. Gord. 22, 4: r. ad senatum; — Max. et Balb. 14, 6: ad castra raptare; — Gord. 18: ad caelum ferre. —

H. l. p. 82. 2. Heliog. 15, 6: imminere ad exitium alicuius; — ib. 16, 1: inclinare ad; — Claud. 6, 2: incitare ad praedas; — Auid. Cass. 13, 10: mores ad censuram crudelitatemque propensiores; — cf. Cic. de

fin. 4. 17. 47: ad alia propensior. — Al. Seu. 44, 2: cautus ad; Pesc. N. 1, 5: effrenata ad omne genus cupiditatum; — Al. Seu. 44, 3: sollicitus ad. —

H. I. p. 82. 8.[6]) Comm. 4, 3: ingressus ad Commodum; — Heliog. 32, 9: ad meretrices i.; — Hadr. 13, 8: ad amicitiam inuitauit; cf. Marc. 12. 2: ad bona i. — Gord. 12, 2: conuocare ad interiora; Max. et Balb. 3, 3: ad rostra c.; Dig. 48. 4. 1. §. 5. c. homines ad seditionem; — Marc. 4, 7: uocare ad diuisionem; Pius. 10, 4: ad domum u.; Pesc. N. 5, 6: ad participatum u.; cl. Hadr. 17, 2: ad militiam u.; Max. 16, 2; Gall. 4, 3; Heliog. 15, 6: ib. 11, 2: ad uindemias u.; Alex. Seuer. 8, 4: ad certaminis necestem u.; Heliog. 22, 3: ad sortem u.; Al. Seu. 52, 3: ad

[6]) Maué (uel potius Hand personatus), dicit p. 28. 11:... „si directionis minus ratione habita in uicinitate loci et in remanendo in uicinitate eius summum momentum positum est, tamen ut facile sit intellectu, inesse directionis uim, cum in iis locis, ubi „ad“ praepositionis „apud“ uice fungitur, de significatione directionis omnino non amplius cogitatur.... p. 29: „atque id tantum respicitur rem uel locum ab alia re tangi siue in uicinitate loci rem uersari.“ — ita Pott quoque in studiis etymologicis I. p. 276, et Holtze in syntaxi priscorum scriptorum latt. I. p. 201 exposuerunt, hic dicens: „significatur praepositione „ad“ locus, ubi res post motum aliquem aut re uera factum aut quasi factus esset cogitanda est;“ — quod autem nonnulli loci ex sermone uolgari inscriptionibusque desumpti exstant, in quibus „apud“ pro „ad“ usurpatum est, ne haereas, cum ex natura linguae plebeiae factum sit, sicut in septentrionali Germaniae parte usitatissimum est apud populum, ut praepositio „bei“ cum „zu“ confundatur, e. c. dicunt: „komm' bei mich“ pro „k. zu mir.“ apud Serbas eadem ratione uolgo auditur: „dojdi k o d mene“ pro: „dojdi k' meni.“ ut in eruditiore lingua et in Croatarum dialecto usitatum est. contuleris Gallorum: „venez chez moi.“

desperationem u.; — Pert. 6, 1: ad conuiuium rogare; Seuer. 17; cf. Just. 43, 3, 10; Gall. 16, 6: matronas ad consilium (consulatum BPM) r.; Prob. 18, 7: ad auxilium r. —

H. I. p. 83. 9. Al. Seu. 66, 2: ad malum consentire; — ibid. 68, 2: ad bonum c.; Gord. 30, 7: ad hoc c.; Max. 15, 8: c. ad salutem et ad scelera defendenda et ad illam belluam atque illius amicos persequendos; — cf. Cic. Att. 5, 18, 2; Phil. 4, 4, 10; Sueton. Cal. 60; Cyprian. ed. Hartel. p. 435, 17; 341, 24; 807, 13; contra: Max. 23, 5: orbem terrarum consensisse in odium Maximini; — Macr. 1, 1: ad imperium adspirare; cf. Dig. 3, 1, 1. §. 5: ad nouum magistratum a. Cod. Theod. 1, 9, 1: ad scholam a. — et saepius; — Pius 6, 11: ad amicos conferre; — Heliog. 13, 1: mandare ad senatum; — Max. et B. 17, 2: ad me transmittere; cf. Vell. 2, 84; — Marc. 11, 9: ad praefectum remittere; — cf. Plaut. Capt. 2, 3, 15; Cic. fam. 9, 5; — Did. Jul. 8, 10: ad sepulturam reddere; — Marc. 28, 4: ad amicos dicere; — contuleris: „respondere ad aliquid" pro „r. alicui", Varro de r. r. 25, 9; apud Vitruuium undecies legitur. cf. Köhlerum, l. l. p. 434; Cyprian. ed. Hartel. p. 189, 15; 193 15; 430, 5; 432, 9; 593, 2; — Alb.: 2, 1: litteras dare ad aliquem[7]); Hadr. 6, 1; Max. 23, 3; Tac. 9, 1: orationem ad senatum d.; Aur. 7, 5: epistola ad uica-

[7]) locutionis: „se dedere ad" apud Liuium 27, 15, 2, quae legitur, pro usitata: „se dedere alicui," (iam Hand obseruauit usum), nullum se nosse exemplum in quo eadem propria illi insit sententia dicit Kühnast in syntaxi Liuiana; — apte uero comparari potest Plautina Capt. 1019: ego ad hunc carnuficem dabo; Stich. 140; Rud. 857.

rium d.; — Marc. 19, 3: quod cum ad Chaldaeos rettulissent; Pius, 6, 11: ad amicos r.; — [referre aliquid ad aliquem = rem cum aliquo communicare.] — Ver. 4, 3: ad milites loqui; cf. Verg. Aen. IX. 5: ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta'st; Ouid. Pont: 4, 6, 10. —

H. I. p. 84. 11. „ad" duplici ratione explicari potest, aut ita ut sit idem atque: „aduersus" uel „contra," quem usum Handius I. p. 84. sq. negare conatus est, aut ut Graecorum „πρός" in rerum comparatione uel conlocatione cum aliis rebus facta respondeat. cf. H. ibid. p. 104 sq. — Aurel. 31. 3: uerum ad eos (= contra eos) Aurelianus e Rhodopa reuertit; BPM: adeo; — emendauit Bährensius in ann. phil. tom. 106. p. 661; — Aurel. 32, 2: ad quem reuertit. —

H. p. 87. 2. Marc. 20, 5: requirere ad uerum. —

H. p. 89, 2. Car. 10, 4: ad parricidium iungere incestum; Heliog. 23, 1: iungere camelos ad currus; — ib. 28; ib. 29, 2: i. mulieres ad pabillum; Aurel. 29, 1: ad pallium iungere purpuras; — (contra, Heliog. 35, 1: his iungendi sunt); — Aurel. 7, 4: ad pedes deligare; Diadum. 9, 1: ad palum d.; — Heliog. 24, 5: ad rotam ligare; — Valer. 2, 7: adligare ad necessitatem; — Geta. 3, 2: adplodere ad terram; contra Apul. Met. 6, 27: „anum terrae a.;" ceterum utrumque a sermone scriptorum classicorum abhorret; — Heliog. 24, 7: ad columnam ascendere intrinsecus. —

H. p. 90. 3. sq. Marc. 22, 12: arcessere ad limitem; — Auid. Cass. 6, 1: ad signa edicere; — Heliog 3, 1: populo ad numen Antoninum ingens desiderium factum est; — 11, 2: ad corbes sedere; — 23, 8: ad mare piscem comedit; Seuer. 8, 8: ad saxa rubra seditionem

passus est; — 19, 5: ianuae ad portam nominis sui; — Pescen. N.: recitare ad signa; — Marc. 16, 6: ad triumphalem currum currere. —

H. p. 91, 5.[8]) Ver. 4, 5: diuertere ad popinam; — Gall. 10, 6: ad Ctesiphontem Gallorum multitudinem obsedit; — Ver. 6, 7: ad Canusium aegrotauit; — Max. et B. 11, 5: ad aras mactare; — Heliog. 13, 5: secedere ad hortos; — 17, 1: ad latrinam confugere; — 21, 1: ad mensam accumbere; — Claud. 14, 13: ad balneas ligna. —

H. p. 93. 7. sqq. Alb. 2, 4: me praesente (corr. Jordan.) et ad me et cum mecum fueris; — cf. Cic. Att. 10, 4, 8; 10, 16, 1: ad me bene mane fuit; Varro ap. Non. p. 133. 28: ad me fuerunt; — Alb. 2, 2: ad milites prodire; Marc. 13. 6: perducere ad aliquem; — Max. et. B. 9, 4: ad populum producere; cf. Sueton. Caes. 74: ad Sullam p.; — Aurel: ad se transferre; 5, 5: semed ad equum t. —

H. p. 96. 1. sq. Gall. 9, 3: Gallienus ad talia mouebatur; — Al. Seu. 29, 6: laetus ad omnia;[9]) —

---

[8]) Gell. n. a. 1, 1, 2: nam cum fere constaret, curriculum stadii, quod est Pisis ad Jouis Olympii, Herculem pedibus suis metatum; — Mart. Hertz usum non perspiciens: „apud Jouem Olympium“ edidit, retinenda erat uero scriptura tradita. — cf. Horat. sat. 1, 9, 35: uentum erat ad Vestae. — Cic. pro Quinct. 4, 17: ad Castoris; — cf. Haase: Lateinische Sprachwissenschaft, ed. Eckstein. p. 209. — eadem ellipsi utuntur Angli (e. c.: Jam going to John's.) atque Serbae. —

[9]) H. p. 97: „quae uero cum saepe etiam interiorem nexum comprehendat, fieri potest, ut ea quae causae uinculo cohaerent, eodem modo exprimantur; id quod maxime scriptoribus post Augusti tempora usitatum est;“ — Tac. an. II. 2, 5: laetantes ut ferme ad noua imperia. — Hist. II. 36, 8: laeto et milite ad noua imperia; — ita causam praepositio continet, si cum aliis ad-

H. p. 98, 2. Pius 8, 4: magistratus et senatores ad functiones suas adiuuare; — Gall. 17, 3: ad organum se recepit; (= er zog sich unter Musikbegleitung zurück). —

H. p. 100. 2. sq. Hadr. 22, 14: quando in Africam uenit, ad aduentum eius post quinquennium pluit. —

H. p. 101. 3. Al. Seu. 28, 5: ad eorum responsum in crucem sublatus. —

H. p. 102, 1. Al. Seu. 22, 8: redigere ad.; ib. 23, 5: ad certum numerum r.; — Al. Seu. 26, 2: contrahere ad; — 30, 4: bibit frigidam ieiunus ad unum sextarium; 39. 1. —

H. p. 102, 2. Pert. 8, 11: ad dimidium detrahere; — Al. Seu. 39, 7: cum ad tertiam partem uectigal desidisset. —

H. p. 102, 3 = Draeger I², 580; ad = circiter; C. I. L. VIII. 284, 3—4: beixit anis at LXXX.

H. 105, 1. sq. Ver. 4, 3. se ad Marci mores egit; — Gall. 18, 2: tam magna (scl. statua) coeperat fieri ut duplex ad colossum uideretur; Al. Seu. 3, 5: dignos ad id esse uidebat;[10]) — Alb. 13, 1: uoce prope ad Eunuchorum sonum. —

---

iectiuis, quae animi motum describant, coniungitur. cf. Tac. Hist. II. 68, 20: pauidus ad omnes suspiciones, — III. 56, 8: trepidus ad omnes nuntios; 70, 22; II. 8, 16: erectus ad celebritatem nominis. —

[10]) Hand p. 105. profert locum Vell. Pat. 2, 120, 6: „praeclari facinoris auctor fuit Caldus Caelius ad uetustatem familiae suae dignissimus“, additque id nullo pacto ferri posse omnes consentiunt. at paulo post sibi ipsi his repugnat: „equidem nullus dubito quin uox dignus ita construatur recte cum praepositione, quae comparationem notat et aliam rem ad aliam refert. quae sententia non destituitur ueri similitudine, nec desiderarentur exempla nisi a librariis talia fere mutata essent.“ — nec desunt cf. Plaut. mil. gl. IIII. 1, 20 (v. 968. Fleckeisen.): ad tuam formam

H. p. 106. 1. sq. Heliog. 23. 5: ad feminarum uultus aptus; Gall. 1, 4; — Al. Seu. 44. 2: attentus ad; Pert. 8, 6: exquisitus ad. Did. Jul. 9, 2: humanissimus ad conuiuia, benignissimus ad subscriptiones moderatissimus ad libertatem; — Ver. 6, 2: ingeniosus ad litteras; — cf. Ouid. fast. 4, 684; Plin. pan. 55, 2; Diadum. 3, 2: ad omnem decorem compositus; — Al. Seu. 27, 2: si faciles homines ad iniurias; — Geta 2, 5: felix ad; — cf. Ter. Phor. 1, 3, 18; Vell. Pat. 2, 23, 6; — Trig. t. 33, 5: felix omnia infelicissimus imperator. „ad omnia," recte P³M; — Al. Seu. 40. 6: grauissimus ad alqd.; 21. 7: ad omnia instructissimus; — Marc. 16, 4: melior et feracior ad uirtutes; — Gall. 5, 3: ad audaciam, ad spem promptus; Claud. 13, 5: ad cibum p.; cf. Lucan. 5, 320: p. ad uolnera pectus; — Pius 10, 9: ad indulgentias pronissimus; Aurel. 8, 4: p. ad ludicra; Al. Seu. 27, 5: ad musicam p.; Trig. t. 10, 6: p. ad ea; cf. Varro. r. r. 1, 20, 2; Cic. r. p. 2, 41; Plin. paneg. 84; Lucan. 6, 147; Sueton. Vit. 7; ib. 14; — Max. et. B. 6, 1: ad rem Veneriam rarus; — (contra Aurel. 50, 4: r. in uoluptatibus); — Car. 6, 2: ualidus ad militiam; — Comm. 13, 1; cf. Tac. ann. 6, 8; Trig. t. 13, 2: ad fata quantum ualet unius fortitudo? — Gord. 19, 6: alicui ad consultationem deesse; — cf. Cypr. de opere et eleemos. c. 26, H. p. 394, 26: ad praemium d.[11]); — „ad" librarii errore

---

illa una dignást. — recte igitur idem uir doctus locum Velleii Plautinum respiciens defendit: „atqui uti puella dicitur bene conuenire cum pulchra iuuenis forma, ita ille Caelius cum uetustae familiae celebritate." —

[11]) addo pauca exempla ex Taciti scriptis petita. an. XIIII. 21, 6: nec quemquam ad theatrales artes degenerasse; XV.

omissum est Diad. 3, 2: puer fuit ore oscula parato; — argutius quam uerius Salmasius ad hunc locum I. 777: b: „ut dicitur: mentem paratus, ingenium, linguam, sic: os, oscula, paratus.“ — „ad“ inserendum est, cf. Caes. b. c. 1. 30; Tac. ann. 3, 65; — Heliog. 19. 5: nam rosatum ab aliis acceptum pinearum etiam adtritionem odoratius reddidit; — BPM. edd. recte: adtritione. —

H. p. 107—108, 2. sq. Aurel. 48, 5: quibus uteretur ad fauorem; — 20, 4: indidi ad fidem rerum; — Pert. 10, 10: ad unius serui testimonium occidere; — Comm. 6, 8: ad arbitrium Cleandri occisi; — Verus 7, 10: ad amicae uolgaris a. posuit barbam; — Comm. 6, 9: ad cuius nutum etiam libertini in senatu (sic codd.) lecti sunt; Al. Seu. 36, 1; cf. Tac. an. XIIII. 61, 17; — Alb. 5, 8: ad iocum circa cunas pueri constitutae; — Heliog. 8, 2: excruciare hostias ad ritem gentilem; — 23, 1: ad eius aestimationem pisces amicis exhibuit; — Max. 5, 7: ad tuos mores, ad tuam uirtutem, ad tuum laborem eos fac militiam condiscere; — Al. Seu. 19, 3: senatores ad summorum in Palatio uirorum suffragium fecit; — 46, 5: legatos nunquam fecit ad beneficium sed ad iudicium suum; — Trig. t. 31, 7: feminas posui ad ludibrium Gallieni. —

H. p. 109. 3. Alex. Seuer. 37, 9: omnia et ad modum et ad rationem sunt praebita; — Aurel. 31, 7: templum — ad eam formam reddere; — Comm. 5, 4: quas ex matronarum delectu ad formae speciem conciuit; — 10, 6 (extr.) aliquid ad speciem timoris uel dici uel fingi; — Ver. 5, 4: uasa aurea ad speciem alabastrorum; — Heliog. 33, 6: ad speciem luxuriae perisse; — Marc.

22, 7: effigies Neronis ad informe aes coaluisse; XIII. 6. 13: imperatori quantum ad robur deesse. —

11, 6: Italiae consuluit ad id exemplum; — Al. Seu. 6, 5: unco tractus est a. e. timoris; Gall. 20, 2: quem a. e. Protreptici scripsit; Prob. 2, 5: omnia quae a. e. usurpanda sunt; Trig. t. 12, 7: a. e. equitare; ib. 12, 17: in diuersis proeliis a. e. fortiter faciebat; Tac. 4, 5: a. e. docendi militis equitare; Saturn. 11, 4: quae a. e. nihil prosunt; cf. C. I. L. VIII. 236 (3—4): a. e. piissimae; — „ad“ inserendum censuerim Trig. t. 5, 4: quaeque direpta fuerint statum ueterem reformauit, ubi Salmasius „in“ proposuit. —

H. p. 110. 4. Al. Seu. 50, 3: calciati ad decorem; — Solin. Polyh. 7: reddit succum album ad lactis saporem; — cf. Apul. de mundo. c. XVI: ad uirgae rigorem colorata nubecula. — similiter Auson. Profess. 15, 11; disputator ad Cleanthem Stoicum. —

H. p. 110. 5[12]). Carin. 4, 4: libri plurimi ad doctrinam exstant. —

H. p. 112, 7; Numer. 14, 1: fabella data ad omen imperii; — cf. Apul. met. VIII. cap. II. p. 641 Hildebr. ad honorem splendidae prosapiae domum nostram receptus. —

H. 112, 8—9. Hadr. 3, 5: ad perpetuam tribuniciam potestatem omen sibi factum; — Pius, 7, 4: filio

[12]) Haud iniuria impugnare mihi uidetur uim praepositionis „ad,“ quae interdum in lingua plebeia eodem fere sensu accipitur quo particula „de,“ quacum ex eadem radice profectam esse contendit Pott l. l. p. 275, ita ut „ad“ nostrates: „überhaupt ein Hinwärts,“ „de“ „ein Vonobenher, ein Herabwärts oder ein Woher im Allgemeinen“ significet; hanc uero rem acute iam J. Philippus Pareus in lexico Plautino (an. 1614 ed.) p. 31. b. perspexit, reuocans nos ad Plaut. Aul. 3, 5, 23: „nimis lepide facit uerba ad parsimoniam,“ et ad Symmach. epist. 10, 21: „respublica se in uetustatem recepit et decrepitos mutauere animos postquam uos ad uirtutem uerba fecistis;“ — H. falsc uertit: „der Sparsamkeit, der Tugend gemäss.“

ad omnia adiuto; — Trig. t. 28, 8: ardor ad studia; — Comm. 7, 2: ad poenam donari; — 20, 4: ad perniciem et ad dedecus uixit; — Heliog. 20, 5: ad imitationem Apicii; — Carac. 2, 10: questus de fratris insidiis ad illius accusationem; — Carac. 10, 3: ad effectum criminis roboratus est; — Max. 7, 2: ad disciplinam retrahere; — Macr. 12, 10: ad gladii ludum deputauit; cf. Claud. 11, 8: ludo publico d.; Gall. 9, 4: uoluptatibus publicis d.; — Al. Seu. 1, 2: ad remedium generis humani accepit; — 1, 6: ad defensionem facere; — Gordian. 1, 1: ad tuam clementiam destinabam; Geta, 7, 4: ad necem d.; — cf. Veget. d. r. mil. IIII, 18: ad maiores ballistas malleolos destinant; — Al. Seu. 21, 1: ad fabricas d.; — ib. 24, 4: ad restaurationem theatri d.; [contra 24, 5: siluas thermis d.]; — Al. Seu. 63, 4: quod mater orientem ad iactantiam sui uellet redire.[13]) —

---

[13]) Seuer. 15, 3: sed postea in Syriam redit ita ut se pararet ac bellum Parthis inferret; — pro tradito „ac" praepositionem „ad" restituendam censuerim, ut recte Salmasius suadet I. p. 614, b: „qui bellum parat, non infert, nec nisi paratum potest inferri. cur igitur haec duo simul iungit, separare ac bellum Parthis inferre? — si enim ut se pararet in Syriam rediit, nondum inferebat bellum Parthis, qui non fuere quaerendi in Syria. sed quid argutamur? scribendum: sed p. in. S. r. i. u. se p. ad bellum P. inferre. insolens ut uidetur locutio mutando uel corrumpendo huic loco occasionem dedit; „ad bellum Parthis inferre" pro „ad bellum P. inferendum" more graece loquentium, quibus sic usus est scribere: πρὸς τὸ πολεμεῖν = „ad bellandum" et similia." — exscribam alia exempla ex Rönschii libro: p. 430². Jo. 6, 52: quomodo potest hic nobis carnem dare ad manducare [δοῦναι .. φαγεῖν], Verc. — Sirac. 45, 20: ipsum elegit ab omni uiuente ad offerre [ζῶντος προσαγαγεῖν] sacrificium deo, Tolet. — Tob. 3, 25: sanare duos Tobin de squama maris albuginis ab oculis illius ut uideat lumen coeli, et ad Saram filiam Raguel dare

H. p. 113, 9. Gord. 29, 5: ad imperium poscere; Aurel. 30, 1: ad poenam p. — Gall. 13, 4: bellum ad uindictam parare; — Heliog. 12, 2: ad honores promouere; — Max. 19, 5: proludere ad imperium; — Max. et B. 10, 6: ad amicitiam redigere; — Marc. 23, 5: subferre ad bellum; — Max. 13, 5: ad crudelitatem operari; — cf. Cod. 5, 12, 7: ad dispendium o. Cypr. de habit. uirg. c. 11, p. 195. H. 23: ad usus bonos census o.; — Aurel. 39, 4: tabulas publicas ad priuatorum securitatem exurere; — Gall. 12, 5: subripere ad leonem; — Comm. 18, 10: exaudi Caesar, delatores ad leonem, Speratum ad leonem; 18, 16; — Prob. 20, 6: nascetur ad pacem; — Geta 2, 4: ad fisci aduocationem delegerat; — Aurel, 9, 2: decernere ad sumptus; — Marc. 17, 4: ad hoc bellum aerarium exhausit; — Geta, 5, 2: conferre ad suum cultum; — Diadum. 1, 5: non multum superesse ad uitam; — Marc. 22, 6: ad militiae labores atque ad omnem uitam carpebatur; — Max. et B. 5, 5: ad praefecturam subuehere; — Pert, 7, 9: reducti ad ministerium. cf. Senec. benef. 3, 9: ad consilium uitae r. — Aurel. 27, 1: Zenobia superbius rescripsit — credo ad terrorem; — Alb. 5, 7: ad excaldationes dicari; — Trig. t. 30, 19: usa est uasis aureis ad conuiuia; — Marc. 2, 2: u. e. magistris ad prima elementa; — Trig. t. 24, 1: ad imperium hortata; = 30, 2; — Heliog. 12, 1: ad praefecturam adscire; — Claud. 2, 8: ad imperium eligere; — Max. et B. 17, 2: cuius ad salutem estis adlecti, cf. Gruter. inscr. 347, 1: a. ad munera praef. legionis VII. — Tac. 4, 7: ad

---

Tobiae filio Tobi uxorem [Καὶ...Σάῤῥαν...δοῦναι], Regin. Suec. — denique de „ac“ et „ad“ in libris manuscriptis commutatis cf. H. I. p. 134. —

sententias nos locus artat: — Comm. 4. 10: ad defectionem euadere; — Claud. 10, 1: ad felicitatem reip. constitutum; — Heliog. 25, 6: ad balneas exhiberi; — Comm. 3, 1: ad impudicitiam temptare; BP: „ob". de praepositionibus „ad" et „ob" in libris manss. commutatis cf. H. I. p. 134. —

H. p. 115. Heliog. 4, 4: ad osculum uenire. cf. nostrum: „zum Handkuss kommen". —

H. p. 116, 10. sq. — frequentissimum usum praepositionis „ad" cum gerundiis coniunctae paucis exemplis inlustrem: — Pius 2, 11: electus est ad eam partem Italiae regendam; ib. 13, 2; Marc. 6, 5; — Ver. 10, 4: inire consilium ad Marcum e uita tollendum; [cf. Comm. 4, 1: ad eius interfectionem consilia i.]; — Ver. 6, 7: ad eum uisendum contendit; Marc. 5, 7; — Firm. 4, 4: fuit tamen ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum. —

H. p. 118, 12. Gord. 21, 2: magis ad frigidas urguebatur. —

H. p. 120. dubitat num praepositio „ad" pro ablatiuo instrumenti (uel potius pro praepositione „per") usurpata sit, neque adfirmare ausus est id uolgari factum esse usu; exempla uero a me conlecta omnem in hac re dubitationem tollunt; — Heliog. 32, 8: ad tibias canit[14]); Alb. 5, 3: bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est; — Procul. 13, 2: ad latrunculos ludere[15]); — Seuer. 1, 4: ludum ad iudices exercere; —

[14]) Salmas. p. 873: „hic „dicere" non est ῥῆσιν εἰπεῖν, sed simpliciter „ad tibias dicere" est: „tibiis canere." sic Graeci πρὸς αὐλὸν φθέγγεσθαι dicunt et αὐλῷ φθέγγεσθαι."

[15]) Salmas. II. p. 735, b: „sic Paulus Diaconus de gestis Langobardorum lib. I. cap. XX: horum itaque uiribus rex indubitanter fidens, dum ipse securus ad tabulam luderet." —

Al. Seu. 3, 1: ad litteras et ad militiam e.; — cf. Veget. II. 23: ad palum quoque uel sudes iuniores e.; — Max. 27, 2: litteris et graecis et latinis imbutus ad primam disciplinam; — cf. Cic. Mil. 4, 10; lex ad quam non docti, sed facti, non instituti sed imbuti sumus; — Tac. an. 12, 32: imbuendis sociis ad officia legum; — Max. 29, 3: sed timeo, ne soror mea graecis munditiis erudita barbarum socerum ferre non possit, quamuis ipse adulescens et pulcher et scholasticus et ad [ad om. P¹] graecas munditias eruditus esse uideatur[16]); — conicio: et scholasticus sit ita ut ad g. m. e. e. u. — Hadr. 3, 7: ad spem successionis erectus est; cf. Liuium 21, 19, 7; Curt, 4, 7, 1; — Just 11, 1, 2; erigendi uerbum Cicero cum abl. construit: leg. agr. 2, 32. 87; ad Q. fr. 1, 3, 5; Brut, 3, 12; — Comm. 16, 6: ad caput sibi detersit (manum); — Heliog. 31, 7: rasit uirilia subactoribus suis ad nouaclum manu sua; M: nouacula; cf. Salmas. I. 871. a; — Heliog. 15, 7: auia ad sellam perducta; cf. Salmas. I. 822. b; — „ad" ex Salmasii coniectura restituendum Max. 3, 2, ubi codd.: iussitque statim tribuno ut eum coherceret ac Romanam disciplinam imbueret[17]). —

[16]) cf. trig. t. 18, 4: fuit uir insignis eruditus ad gerendam rempublicam; — aliter Spartianus in u. Helii 5, 1: eruditus in litteris; — quam parum autem Capit. sibi constet, uide, cum in eodem enuntiato dicat: „soror mea graecis munditiis erudita", nisi fortasse discrimen intercedere statueris quod uerterim: „doch hege ich die Befürchtung, es würde meine mit griechischer Bildung wohlvertraute Schwester, einen Barbaren als Schwiegersohn nicht ertragen können, obgleich es ein hübscher und gelehrter junger Mann ist, so zwar, dass er einen Anstrich von feiner griechischer Bildung zu haben scheint." —

[17]) Salmas. II. 8, b: „meo periculo legas, „ut eum coerceret et ad Romanam disciplinam imbueret," sic enim Symmachus apud

H. p. 120, 4, sq. negotia et officia per praepositionem „ad" indicari, proprium sermonis est uolgaris, cuius usus uestigia iam apud poetas aetatis Augusti inueniuntur. multa exempla conlegit H. l. c. — Al. Seu. 4, 3: ministri ad fores fuerunt; — Pescen. N. 7, 4: unus ad memoriam, alter ad libellos. ad om. B[1]. Car. 8, 4: Julius Calpurnius, qui ad memoriam dictabat; cf. Aurel. 36, 4: Mnesteum quendam, quem pro notario secretorum habuerat; = a secretis;[18]) — Heliog.

Jordanem: ut eum coercitum ad Romanam disciplinam imbueret." — cf. quae supra ad Max. 27, 2, adtuli exempla; — exemplum uocabulorum „ac" et „ad" in libris manuss. inter se commutatorum supra adtuli. —

Plaut. Pseud. 526: ne quo te ad aliud occupes negotium. Cf. Gallorum: „s' occuper à quelque chose;" — Quint. instt. VIII. 5, 20: contra eandem sororem gladiatoris, cuius modo feci mentionem, ad digitum pugnauit; — A. Gell. 2, 23, 10, ed. Hertz. (Caecili uersus): ad hóstis captus líbere séruio salua úrbe atque arce; — cf. Böhmer l. l. p. 14; — Veget. II. 5: erant funditores qui ad fundas uel fustibalos lapides iaciebant; erant tragularii qui ad manuballistas uel arcuballistas dirigebant sagittas; III. 4: ad uectes pro similitudine gladiorum punctim caesimque feriendo. III. 24: ad latiores lanceas uel maiora spicula belluas occidebant; IIII. 8. (saxa) minima ad fundas siue fustibalos uel manibus iacienda. IIII. 18: ad maiores ballistas malleolos uel falaricas cum incendio destinant (= iaciunt). cf. Schwebel ad Veget. II. 15; — Rönsch. l. l. p. 391[2], profert locum ex Pass. uet.: „ad plumbatas caedere," capite non indicato. —

[18]) Salmas. II. p. 785, a: „ad memoriam dictare sic dicebatur, qui memoriae dictator erat, quemadmodum et „procurare ad alimenta" (cf. C. I. L. VIII. 619, 4: proc[urator] ad solaminia) qui alimentorum erat procurator; et procurare aduicensimam, qui uicensimam procurabat. ita et parere atque obsecundare ad memoriam dicebantur, quos etiam uulgo obsecundatores memoriae uocabant. hinc „obsecundatores scriniorum" in cod. Theod.: „de proximis scriniorum." — „dictator igitur „ad memoriam" et

12, 2: ad uicensimam hereditatium mulionem curare iussit[19]). —

H. p. 122, 3. = Draeger I², 578, sq. Heliog. 25, 4: efficere ad uerum; — Pesc. N. 6, 5: capillo in uerticem ad gratiam reflexo; — Trig. t. 30, 21: loquebatur aegyptiace ad perfectum modum; — C. I. L. 1523, b. (c) 9: uiximus ad satiem. —

H. p. 126, 6. saepissime: „ad hoc, ad id, ad quod" sensu: „ideo" uel propter dictum obuiam fiunt. pauca exempla adponam; Gord. 3, 2; 10, 2: illos ad hoc creuerat; 30, 7: ad hoc consenserat. —

H. p. 127, 5. propriam notionem temporalem habet „ad tempus" quod non significat ut apud Ciceronem quod tempus postulat siue temporis fert condicio, sed quod hoc ipso tempore uel ad praesens fit. Hadr. 6, 8: Tuberonem Mauretaniae ad tempus praefecit; cf. Apul. met. 517: nec hoc ad tempus compono. —

H. p. 128–129. V. Macr. 1, 2: ad diem quodcumque facere; ad diem = cotidie; Prob. 8, 3: centum ad diem milia currere; Al. Seu. 37, 3; Gall. 17, 4; Firm. 4, 2. —

H. p. 131, 11. sq. Heliog. 15, 6: ad extremum cum ei auia et mater diceret; — Trig. t. 12. 1: ad postre-

---

„dictator memoriae" idem omnino erat, et is erat plane quem Graeci dixerunt *ἀπογραφέα τῆς μνήμης.*" —

[19]) locus corruptus Gord. 25, 3: quid enim facerem quod ad Mauros (me addit Salmas.) uenderet et consilio cum Gaudiano et Reuerendo et Montano habito uel laudaret aliquos uel uituperaret; — Salmas. II. p. 117, b: „ad Mauros est praefectus uel praepositus Maurorum; nam praefectus a Mauris et praefectus ad Mauros et praefactus Maurorum dicebatur;" — Peter.: „quod Admau † nos uenderet," Eyssenhardt: „quoad nos uenderet;" quod defendi non potest. —

mum; — „ad" cum datiuo?: Ver. 9, 2: dicens ad fratre suo scripturum esse. — BPM: fratres suos; ita locum ex usu temporum cadentis latinitatis Salmasius I. p. 430—7, b—a, restituere est conatus, quo iure uideant alii. exempla plura apud hos scriptores quidem desunt, attamen contra illum pugnare non ausim respectis exemplis a Rönschio p. 442[2] conlatis. —

Usque.

Draeger. I[2]. p. 597, §. 265. Marc. 8. 10: Capuam u. prosecutus; — 9, 4: Brundisium u. deduxit; — Ver. 8, 1: redit Romam u.; — Seuer. 24, 1: Romam u. (usque om. B[1]) cum magna prouincialium reuerentia susceptum est; — Car. 8, 1: Ctesiphontem u. peruenit; — Gord. 27, 6: Nisibin u. peruenimus et si di fauerint Ctesifonta u. ueniemus; — Trig. t. 15, 4: C. u. Saporem persecutus; — 30, 6: C. u. peruenit; Marc. 22, 1: u. in Galliam; — Pert, 2, 3: mater eum u. in Germaniam prosecuta est; — Car. 3. 4: nihil post haec praeter Seueri diligentiam u. Alexandrum Mammeae sensit bonum. (P[3]: usque ad), Contuleris Stat. Theb. 11, 89: „horrendus ab astris descendit uos usque fragor." — Max. et B. 12, 3: omnia tuta u. ad Alpes; — Pesc. N. 10, 5: u. ad metum seditionis rogatus[20]); — Pius, 10, 2: nuptias u. donatiuum militum celeberrimas fecit; — Comm. 2, 6; Comm. 9, 6: u. ad perniciem pectus tundere; — Pert. 2,

---

[2]) Pott. l. c. p. 275: „die Richtung nach einem Gegenstande, wenn sich in Bewegung setzend, wird allmählig zu einem Hinanreichen bis zu demselben, (usque ad) und gilt zuletzt für die Nähe bei demselben, ohne gerade zuerst eine gewöhnliche Annäherung zu sein." —

3; — Diad. 2, 6: (moneta scl.) u. ad iussum senatus dilata est; — Prob. 9, 2; 19, 2; — Heliog. 13, 4: furor u. ad exitum uoti pessimi; — 24, 6: saxa u. ad nostram aetatem manserunt; — 31, 8: iter strauit u. ad equum; Alex. Seu. 30, 5; — 42, 3: omnes u. ad sex fuerunt; Trig. t. 8, 3; — Aurel. 26, 1: u. ad ictum sagittae periclitatus est; — Aurel. 46, 6: paragandes uestes ipse primus militibus dedit aliis dilores, trilores aliis aliis et u. ad pentelores.

eousque bis inuenitur: Car. 2, 6: eousque grauata est; — Trig. t. 30, 1: eousque peruentum est. —

Aduersus.

H. I. p. 184, b. aduersus praepositio paucis locis ubi obuiam fit, respondet graeco πρός. uno loco idem ualet atque „contra" Marc. 8, 8: aduersus Britannos quidem Calpurnius Agricola missus est, contra Catthos Aufidius Victorinus. [21]) —

[21]) adparet, quam futilia sint uerba Charisii Inst. 2. p. 207: „contra et aduersus ita differunt, quod contra ad locum, ut contra basilicam, aduersus ad animi motum, ut aduersus illum facio, accipitur;" non minus incerta sunt Popmae (de diff. uerb. p. 13.): „cum ad personam referuntur, hoc differunt, quod aduersus leuius est quam contra, nam contra inimicitias dissidia et nocendi uoluntatem ostendit; aduersus etiam cum bona uoluntate est et erga significat." utrumque conrexit Handius. l. l. — in transeundo commemorem mirum Greefii inuentum qui praepositionem „aduersus," a Tacito pro „de" usurpatam dicit in an. XII. 54, 16: nec aduersus Judaeos dubitatum quin capite poenas luerent, i. e. de Judaeis; — certe fallitur uir doctus in explicando. aduersus hoc loco uerterim: „den Juden gegenüber."

Per.
[51]) cf. Iust. 2, 12, 25: Iones i. praeceptum Themistoclis se subtrahere coeperunt: cf. Cod. Iust. 10, 50, 2; Hieron. ad rustic. Monach. 4. (extr.): i. illud poeticum; — Apul. de dogm. Plat. XXVI.: quemadmodum gubernator i. naturam praesentium rerum debeat facere; — Cypr. ep. LV. 27, p. 646. H.: cum sciamus i. scripturarum diuinarum fidem; — ep. XLIII, 2, p. 591. H.: cum disciplinam i. praecepta dominia contineret. —

saurorum u. femineum morem; — cf. Vell. II. 88, 2: mollitiis paene u. feminam fluens; — Gord. 4, 3: circenses u. imperatorium mirans modum; — Aurel. 39, 5; — Gord. 6, 3: dilexit filium u. morem; — Gord. 7, 2: sibi u. procuratorem omnia uindicans; — Aurel. 9, 2: u. ordinis sui gradum accipere; — Aurel. 24, 8: multa u. homines fecit; — Aurel. 26, 6: epistula in qua de belli difficultate u. pudorem imperialem fatetur [52]). — aduerbium „ultra" semel obuiam fit, idque in Flori uita 4, 5: sed quousque ultra progredimur. —

Prope.

Al. Seu. 22, 8: tantum intra biennium uel prope annum porcinae carnis fuit. — aduerbium „prope" persaepe legitur ut Seuer. 16, 1: Ctesiphontem . . . cepit hiemali prope tempore: 23, 1. —

Circa.

H. II. p. 54, 3. Max. 21. 6: armatis c. muros positis; — cf. Herodian. VIII. 8: παρὰ τοῖς τείχεσιν. Alb. 5, 8: aquilae ad iocum c. pueri cunas constitutae; — Pert. 11, 13: c. lectum fugere; — Maxim. 31, 2: c. tentorium ululare; — Al. Seu. 13, 5: sol c. domum patris eius fulgido ambitu coronatus. —

H. II. p. 57, 1. Aurel. 18, 3: omnia c. Mediolanum euastata sunt; — Valer. 3, 3: c. M. sepultus; — Prob. 24, 2: c. Veronam ac Benacum -larem collocauerunt; — Carac. 5, 4: c. Raetiam barbaros interemit; —

[52]) Cypr. ep. LXV. c. 3. p. 724. H.: qui ad mortis extrema deiecti u. lapsos laicos ruinae pondere proruerunt. —

Carin. 19, 1: c. porticum stabuli picti; — Heliog. 7, 7: se c. Hebrum purificauit. cf. H. p. 61, 5; — Gall. 13, 6: pugnatum est c. Pontum; — 19, 4: percussus c. Mediolanium; — Sener. 9, 9: c. Arabiam plura gessit. cf. H. p. 61, 5; — Trig. t. 33, 3: exstat eius sepulchrum c. Bononiam; Trig. t. 7, 2. —

H. II. p. 59, 4; [53]) Max. 9, 6: c. se neminem passus est; μεθ'ἑαυτοῦ; — Max. 4, 6. [54]) —

H. II. p. 66, 4; — **Draeger. I². 618.** Comm. 16, 8: c. alios omnes parcissimus fuit; — Alb. 7, 2: senatus amorem c. Clodium uidit. cf. Gord. 30, 8 u. infra; contra: Orelli. inscrpp. 1025: amor iuxta ciues; — Carac. 5, 3: c. eos crudelissimus fuit; — Gord. 30, 8: amor populi r. et senatus c. Gordianum est; — Trig. t. 16, 3: erat c. illum Zenobia nouercali animo: — Alb. 11, 6: atrox c. militem. — cf. Tac. an. XII. 22: atrox odii Agrippina; — Gall. 10, 4: reuerentia Odenati c. Gallienum; — Cass. 10, 1: pietatem c. suos seruare, c. alios; — Ver. 8, 6: minore c. fratrem fuit cultu; — Pert. 13, 8: c. uxoris pudicitiam curiosus; contra. Marc. 20, 5: famae suae curiosissimus; — Marc. 24, 2: aequitatem c. captos hostes custodiuit. [55]) —

[53]) H. l. c.: „circa" praepositio a plerisque argenteae quam dicunt latinitatis scriptoribus (Plin. Sueton. Quint. Tacit.) significatione παρά κατά usurpatur, ut respectus alicuius rei atque ratio indicetur"; item Spartiano quoque et ceteris huius corporis scriptoribus usitata est, at pro „πρός, μετά in" adhibita apud illos non inuenitur, apud hos uero et scriptores ecclesiasticos persaepe obuiam fit; — cf Rönschium². p. 392. —

[54]) Cypr. ep. V. I. p. 478. Hartel. laetus quod c. incolumitatem nestram omnia integra esse cognouerim. —

[55]) C. I. L. XIIII. 1419, 11—13: affectionem fraternam ci(r)ca se et liber(os) exhibet; — ib. 1548, 12—13: merita c.

Erga.

H. II. p. 438, 2. Prob. 8, 1: Amor militum e. Probum ingens fuit. —

H. p. 439, 3; — Draeger. I² p. 597, 3; — Rönsch.² p. 398. Trig. t. 30, 5: e. milites grauis. —

H. p. 439, 4. sq. — Draeger. I², p. 597, 4. Trig. t. 32, 2: de primis erga (= propter) remp. laudabilis. —

---

r(em)p(ublicam); — Cypr. ep. XII. 2. p. 503. H.: qui nec illic c. curam corporum deest; — id. de opere et eleemosynis, 22, p 390. H.: ut pigros et steriles et nihil circa fructum salutis operantes magis pudeat; — id. LVIIII. 7, p. 674. H.: ut gubernatore sublato atrocius atque uiolentius c. ecclessiae naufragia grassetur; — id. ib. XLIII. 3. p. 592. H.: ut nihil innouetur c. lapsorum causam; — ib. XXVII. 3. p. 543. H.: c. inuidiam uerecundiae nostrae relinquendam immodestus; — id. ib. XXVIIII. 3. p. 543. H.: elaborare c. omnia. —

ex conlatis exemplis in indice adparet Cyprianum praepositione „circa" pro „erga" uno exemplo excepto (de op. et. eleem. 22. p. 390. H.) in epistulis tantum usum esse. — quod scriptores de quibus ipse agoadtin et, Plewii adnotationem proferam, dicentis p. 41. l. l.: „Pollio, Capitolinus, Spartianus (adde Gallicanum) nec tamen Vopiscus et Lampridius praep. „circa" pro „erga" usurpant!"

addo ad supra adlata exempla alia ab Hildebrandio in commentario ad Apuleium congesta: Dictys Cret. II. 5: c. domum Menelai commissa; II. 9: quae c. filiam eius euenissent; II. 12: c. sepulturam occupatis; Tertull. adu. Marc. I. 2: languens c. quaestionem; — Apul. met. VI. p. 396: labores c. tuas inquisitiones sustinuerimus; — X. p 728: c. salutem mariti sollicita; Apol. p. 546: facit omnia c. honorem meum obseruanter, c. salutem sollicite, c. amorem callide; p. 549: tam repentinam c. puerum pietatem tuam; — p. 596: liberalitatem c. meam." potest sane nimius esse qui exempla congerere nolt ex posterioribus scriptoribus. — haec subficiant. —

Secundum.

Prob. 13. 1: accepto igitur hoc senatus consulto secundum orationem permisit patribus ut ex magnorum iudicum appellationibus ipsi cognoscerent etqs.[56]) —

[56]) Peter Clossium interpretem Germanum secutus: „secunda oratione“ edidit, quam coniecturam cum H. E. Dirksenio (Die scriptores historiae augustae, Lipsiae 1842, p. 64 sq. adn.) reiciendam putauerim; dicit enim ille uir doctus: „Es ist kein zureichender Grund zu ermitteln für die Annahme, dass eine spätere oratio principis ad senatum die Quelle dieser Vergünstigungen sei; denn die von Seite der Textkritik erhobenen Bedenken bewähren sich als ganz illusorisch“, et in adnotatione 21.: „Casaubonus und Gruter in der Anmerkung zu der mitgetheilten Stelle emendiren die Worte: „secundum orationem“ in: per secundam orationem, weil in Capitel 11 von des Kaisers Probus oratio prima ad senatum die Rede gewesen ist. Allein dieses Praedicat kam der erwähnten Rede zu in Beziehung auf den Regierungsantritt des Kaisers, nicht in Hinsicht auf die Reihenfolge der überhaupt von ihm ausgegangenen Botschaften an den Senat.“ — „secundum“ igitur hoc loco accipiendum uidetur pro: „orationi habitae conuenienter“ ita ut sibi constans esset in factis; — cf. Cypr. ep. LXXIII. c. 5. p. 782. H.: si enim secundum fidem suam quis accipere foris extra ecclesiam potuit. — cf. Draeger. I². 600. 4. —

Praepositiones quae cum ablatiuo coniunguntur.

De [57]).

H. II. p. 185—186, 1. Ver. 4, 5: de Syria rediit; Firm 5, 1; Hel. 4, 7; Ver. 5, 4; — Max. et B. 12, 1: r. de Rauennati; libri: e. R. — Al. Seuer. 58, 1: de Isauria uenire; cf. H. 201, 15; — Marc. 10, 7; — Hadr. 25, 3: de Pannonia u.; — Pertin. 4, 9: de castris u. = ib. 11, 1; — Pius 10, 4: Apollonium de Chalcide acciuerat; libri: e C. — cf. H. l. l. s. 2. — Marc. 10, 8: recessit de curia; — Marc. 5, 3: de hortis r.; — 1, 5: de uico Thraciae—esse; — cf. H. 201. 15. — Pert. 4, 2: de templo caelestis emergunt; — Max. 17, 7: de consilio ad contionem processit; — Ver. 8, 2: de templo euadere; — Comm. 18, 15: delatores de senatu (scl. emoue); — 19, 7; — Comm. 16, 3; de Palatio ad Caelium migrauit; — cf. H. p. 201, 15; — Prob. 10, 5: pallium de statua templi oblatum est; — Alb. 5,

[57]) prodiit nuper hominis Galli, summa laude dignum opusculum cui inscribitur: „Du Genitif latin et de la Préposition DE. Etude de syntaxe historique sur la décomposition du Latin et de la formation du Français par P. Clairin, ancien élève de l'école normale superieure. Parisiis MDCCCLXXX.

8: aquilae de nidi sadlatae; — Al. Seu. 13, 6: hostiae de ea uilla—adductae; — Al. Seu. 38, 2: pulchrum regem quem de Syria detulit propago[58]); — Max. et B. 14, 5: de Palatio producere; — Heliog. 28, 6: de somno surgere; — Au. Cass. 5, 11: flores de capite excutere; — 6, 2: delicias de castris summouere; — Gord. 4, 4: cum ante imperatores uel de Capitolio acciperent uel de Palatio; — Ver. 6, 1: Circensium tantam curam habuit ut frequenter prouincia litteras acceperit[59]); — Saturn. 9, 2: de Alexandrina ciuitate fugit. — cf. Quint. 6, 1, 19: f. de ciuitate; — Heliog. 24, 7: saxum de Thebaide adferre; — Pert. 11, 3: de castris ad obsequium principis conuenire.[60], [61]) —

H. II. p. 186—188, 2. Marc. 13, 6: de caprifici arbore contionabundus; — Hadr. 15, 2: cedere

---

[58]) ita Salmas. conr. — BP. exc. quod Syrum; M: quem. —

[59]) ita codd.; — si me audis corrige: de prouincia. —

[60]) „de“ addit Peter. recte. cf. Pert. 4, 9. —

[61]) cum adlatis exemplis conferri possunt: Apul. met. 5. p. 242: recta de nauibus scopulum petunt; 5. p. 256: depromit unam de pharetra sagittam; 5, 228: de manibus uxoris euanuit; — Dig. III. 3, 35, 2: abire de Roma; - Suet. Nero. 46: de mausoleo exaudita uox est; — Gell. 19, 3, 4: quae uis frigoris sanguinem caldoremque omnem de summa corporis cute cogat penitus et depellat; — Sym. ep. 22: de exemplis uenit ista fiducia; — Flor. 3, 3: ut uictor Romanus de cruento flumine non plus aquae biberit quam sanguinis barbarorum; — Plaut. Amphit. 3, 4, 1; Curc. 2, 3, 2; Cas. 3, 5, 40; Rud. 2, 4, 80 sq.; Curc. 2, 3, 8; Stich. 2, 1, 13; Amph. 3, 4, 18; 1, 1, 60; Curc. 2, 3, 82; Rud. 3, 4, 18; 3, 5, 4 sq.; 3, 6, 2 sq.; Truc. 3, 1, 7; Stich. 2, 31; Truc. 2, 1, 41; Menech. 5, 2, 117; Mil. 2, 3, 63; Rud. 1, 1, 5; Men. 4, 2, 35; Trin. 3, 3, 86; Men. 3, 2, 26; Trin. 1, 2,47; Mil. 3, 1, 125; Ep. 1, 1, 63; Aul. 4, 8, 8; Pers. 2, 3, 6; Rud. prol. 8; Trin. 4, 2, 98; (ibid. v. 99, c.) Rud. prol. 75; Pers. 3, 1, 45. Bacch. 3, 1, 16; Poen. 1, 2, 190; exempla conlegit Kampmann. —

de uerbo quod idonei auctores usurparunt; cf. Plin. 35, 10. (36.) 80; — Al. Seu. 4, 2: gemmas de calciamentis et uestibus tulit; — Al. Seu. 23, 4: de ministerio abicere; cf. contra: ib. 15, 2: a. ex aulico ministerio; — 40, 8: de Iouis templo sumere; — Auid. Cass. 7, 2: de medio tollere; — Max. 17, 2: de m. recedere; — Car. 1, 3: sublato de m. tali principe[62]); — Heliog. 35, 6: ita ut nihil eorum uirtute derogetur. Peter: de e. u.; — Pesc. N. 10, 1: iussit argentum summoueri de usu expeditionali; — Gord. 8, 3: sublata de uexillis purpura; — Trig. t. 5, 1: cum nutante (ita BPM) Gallieni luxuria in ueterem statum romanum formasset imperium.[63]) —

H. p. 188—189, 3. Alex. Seu. 38, 4: de quo continuum capit leporem; — Al. Seu. 43, 4: de arca fisci edere munera. —

H. p. 190, 5. Macr. 15, 4: quae de plurimis collecta serenitati tuae detulimus; — Aurel. 9, 2: accipere de prouinciarum inlationibus; — Al. Seu. 58, 4: sola quae de hostibus capta sunt. —

H. p. 191, 6.[64]) Al. Seu. 54, 2: qui me de uobis uindicet; — Seuer 11, 3: se de senatu ulcisci; — Aurel.

---

[62]) codd. „de“ om. legas: de m. — edd: e medio. —

[63]) Salmas.: nutans e; at scribendum uidetur: „nutans de,“ conlato loco apud Sym. ep. 62: atque ita uisa est supplicationis fides etiam de auctore nutare. —

[64]) cf.: Plaut. Capt. prol. 34; ib. 1, 2, 2; Ep. 1, 1, 42; ib. 62; Curc. 2, 3, 64; Ep. 2, 2, 116; ib. 3, 4, 59; Most. 3, 1, 139 sq. Poen. 4, 2, 74 sq. Pers. arg. 3. Rud. prol. 40; ib. 81; Trin. 1, 2, 87; ib. 79; 4, 2, 14; Truc. 3, 1, 5; Kampmann qui exempla haec conlegit, in opusculo citato p. 9. Ep. V. 1, 1: „male morigerus mihi est danista qui de me argentum non petit,“ ita castigat: nunquam quisquam Romanorum dixit „petere aliquid de aliquo.“ — numeri concedo non constant, in praepositione autem ex ratione

19, 5: de dis sperare; cf. Sym. ep. 35: certam de nobis spero uindictam. —

H. II. p. 192—3, 7. Marc. 13, 6: ignem de caelo lapsurum; = κατ' οὐρανοῦ; — Max. et B. 10, 7: tegulae de tectis iactae. —

H. p. 194—6, 9. Hadr. 19, 12: transtulit et colossum de eo loco; — Pius 3, 4: de simul acro dei ad eius statuam corona translata; — Comm. 6, 10: reuocare de exilio; — Geta 7, 3: post reditum de curia; — Gord. 20, 2: de libris ueteribus dictare; — cf. Plin. h. n. 28, 2, 3: de scripto praeire aliquem; — Cic. in Verr. 3, 53, 124: recita de epistula reliqua; — Tac. 4, 7: uidete quam aetatem de cubiculo atque umbra in pruinas mittatis; — Trig. 15, 5: post reditum de Persida; — ib. 22, 1: furiosi ac dementes uel de leuissimis quibusque usque ad summa pericula perducuntur; — Aurel. 4, 6: de cunis leuare; — Heliog. 24, 4: pisces se uiuariis suis bubus traxit. [65]) —

H. p. 196—8, 11. Macr. 11, 7: de graeco latine conatus scribere; — Macr. 6, 3: quid de nobis exercitus fecerit; — Hel. 4, 5: unus de literatis [66]); — cf. Pet.

---

sermonis plebei usurpata iniuria haesit. cf. Dig. XXXVI. 1. 57, 2: peto de te uxor carissima, uti cum morieris hereditatem meam restituas filiis meis. Ap. met. VI. p. 179. 40: petit de te Venus. —

[65]) test. Jord. BP. ita exhibent; legendum censuerim: „de uiuariis." —

[66]) Al. Seu. 23, 8: idem tertium genus hominum eunuchos esse dicebat, nec uidendum (uiuendum B) nec in usu habendum a uiris sed uix a feminis nobilibus; — pro „uidendum" coniecit Gemoll in programmate Wohlauensi an. 1876. p. 8: „emendum" et pro: „nobilibus" „uno de eis." haud recte. obfensio inest in uocabulis: „sed uix" quae facile ex NEDVM deprauari poterant si N et M mutilae fuerunt. totum locum uerterim: „Derselbe

44: unus de nobis. — contra apud eundem 85: „unus ex philosophis"; — Hier. ep. 39, 5: et unam (filiam) de pluribus quereris coronatam. contra apud eundem ep. 43, 1: „unus e fratribus;" — Prob. 8, 3: de praedato repertus est equus; — Prob. 13, 2: qui de interfectoribus superfuerant; — Alb. 12, 14: quae qui diligentius scire uelit legat Marium Maximum de latinis scriptoribus, de graecis scriptoribus Herodianum; — Pert. 7, 9: de iis quos uendi iussit multi postea reducti ad ministerium; — Pesc. N. 12, 1: amauit de principibus Augustum; — Seuer. 8, 13: plurimos de exercitu interfecit; — Prob. 11, 2: recte p. c. uestra clementia orbi terrarum principem dat et quidem de uobis; — Prob. 22, 3: de quibus nonnulli boni exstiterunt; — Heliog. 24. 6: se de Antoninorum genere dici uolebant; — cf. Plaut. Capt. prol. 30 sq.; — 2, 2, 27: Rud. 4, 5, 7; — Heliog. 32, 4: ut una die nonnisi de fasianis totum ederet, alia die de pullis, alia de pisce, alia de porcis alia de struthionibus alia de oleribus, alia de pomis alia de opere lactario; — Trig. 32, 2: fuit hic uir de primis erga rem publicam laudabilis; = inter primos; — cf. Propert. 2, 24, 30. (19, 14): de timidis iste proteruus erit. — Pet. 7, 5: non sum de gloriosis; — Trig. 30, 2: se de Cleopatrarum gente iactare: cf. ibid. 31, 12; Verg. Aen. X. 350; IX. 281; Stat. Silu. 5, 3, 126; — Trig. 32, 5: femina de genere Caesoninorum; Aurel. 10, 2; Aurel. 34, 1; — Aurel. 3, 2: dent posteritati de locorum splendore fulgorem; — Aurel. 7, 5 (extr.): de praeda hostis non de lacrimis prouincialium uiuant; — cf. Plaut. Truc. 4, 2,

pflegte zu sagen, Eunuchen bilden das dritte Geschlecht von Menschen, das Männer, geschweige denn Frauen von Stande, weder eines Blickes würdigen, noch sich ihrer bedienen sollten." —

28: qui de uesperi uiuat sua (i. e. de sua coena uespertina siue de sua re familiari). Cic. ad fam. 9, 17: de lucro uiuimus; — Firm. 4, 5: quidam de numero uexillariorum; — cf. Iuu. VI. 385; — Claud. 17, 6: zanchas de nostris paria sex. —

Hand. II. p. 199—200 et 219, 7. cf. Rönsch.². p. 392—93. Helius 5, 7: uelamen de liliis factum; — 5, 8: mensas de rosis ac liliis f.; — Heliog. 19, 6. fecit de piscibus isicia, primus de ostreis et leiostris; — Heliog. 19, 7: strauit triclinia de rosa; — ib. 23, 1: fertur pallia de oenanthio fudisse; — ib. 23, 6: usus de gemmis Persica; — Heliog. 24, 1: momentarias de rosato et rosis piscinas exhibuit, caldarias de nardo e.: — 25, 9: ut omnia exhiberentur de diuersa materia; — 27, 3; 27, 4; Gord. 13, 5; Heliog. 28, 5: de croco sigma strauit; — 30, 7: idem de domibus de praetoriis de zaetis fecit; — 32, 6: fecit idem de pueris. cf. Flor. 3, 20: ille de stipendiario Thrace miles, de milite desertor; — Alex. Seu. 25, 4; — Max. 33. 1: funes de capillis f.; ib. 16, 5: de crinibus neruos f.; — Aurel. 35, 1: coronas de panibus f.; — Gall. 16, 2: cubicula de rosis fecit;[67]) — Gall. 16, 2: de pomis castella composuit; — Pertin. 8, 4: uasaque de ludo auro ebore argento citroque composita;[68]) — Trig. t.

[67]) Salmas. I. 234, b: „cubicula de rosis facere pro cubicula rosis sternere. mensas igitur de rosis f. nihil aliud est quam rosas in mensam spargere et mensam rosis sternere et operire ita ut tota de rosis facta uideatur. Ouidius: (Fast. V. 335.) tempora subtilibus cinguntur tota coronis et latet iniecta splendida mensa rosa.“

[68]) codd.: e ludo. Peter: eluto. — Salmas. I. 552, b: „inepta sunt quae hoc loco commentantur uiri docti de lotione auri et χρυσεψείας, quasi de purgando aut purgato auro hic agatur. reponenda omnino ueteris Palatini scriptura quam et alii libri

14: effigiem de liciis uariantibus monstrent; — Carus 2, 5: passa tempestatem de moribus regiis; — Geta 5, 5: eosque de ueteribus adprobare; nostrates: mit Belegstellen aus den Alten belegen; — Firmus 2, 1: de Graecis Aegyptiisque libris conuicit; — Aurel. 47, 1: de Aegyptio uectigali auxit; — Marc. 29, 5: fama de qua se multis epistulis purgat; — cf. Gruter. inscripp. 499, 12: cumque de eieis rebus senatuei purgati estis; — Auid. Cass. 14, 8: de uisceribus rei publicae (scl. diues factus); — Valer. 4, 1: de captiuitate liberari; — Comm. 9, 6: formauit ita ut a genibus de pannis et linteis quasi in dracones redigerentur; — Claud. 11, 8: de hoste uictoria praesumpta est; — Al. Seu. 25, 7: opus marmoris de duobus marmoribus instituit; — Gord. 30, 2: de his rebus fallitur; — Max. 27, 8: monolinum de albis nouem cum copula de hyacinthis quattuor; — Pesc. N. 6, 8: pictum de musio; — Trig. t. 25, 4: pictura est de museo; — 49, 9: conuiuium de assaturis.[69]) —

---

seruant: „uasaque e ludo“ .. omnia uasa e ludo, hoc est quibus in ludo utebatur Commodus proscripsit et uendidit Pertinax.“ — non minus ineptam quam illorum sententiam Salmasii ipsius interpretationem censeo. pluribus facile supersedere possum legendum enim est: uasa de ludo composita. —

[69]) adde: Cic. de inuent. II. 57, 172: de fame perire; — Plin. n. h. 35, 170; 36, 168; 36, 171; — Vitruu. 2, 1, 3; 2, 4, 2; 2, 5, 1; 2, 8, 6; 3, 2, 5; 4, 7, 5; 7, 1, 2; 8, 7, 14; 10, 2, 11; 10, 11, 4; 10, 13, 1; 10, 19, 1; 10, 21, 6; — Pallad. 1, 35, 3: aliqui cinerem de fico super erucas spargunt; — id. 1, 43: praeparemus ocreas manicasque de pellibus; — ed. Diocl. 8, 42, C. I. L. III.: Segestrae de caprinis; — Peruig. Veneris 18: facta Cypridis de cruore deque amoris osculis deque gemmis deque flammis deque solis purpuris ipsa iussit rosa; — Iust. 7, 2, 11: captiuum de rege facturi uidebantur; — Flor. 2, 6, 32: cum mediam de Italia Africam facerent. —

H. II. p. 200, 13. Al. Seu. 21, 9: frumenta empta de propria pecunia; — 55, 2: de praeda ditare militem C. I. L. 1648, 6: annonam frumenti de sua pecunia leuauit. —

H. p. 200—201, 14. Pius 4, 9: de proprio dare; — Gord. 4, 6: de proprio ludos edere; — Tac. 10, 5: donare de proprio; — Claud. 14, 3: de priuato aerario dare; — Trig. t. 12, 11: de meo d.; — Heliog. 26, 3: omnes de circo, de theatro de stadio et omnibus locis meretrices collegit. —

H. p. 202—203, 16. Pius 7, 6: de uitae priuatae qualitate mutare: — Comm. 14, 8: de is praefectis nullus triennium implet; — Carac. 3, 6: partes de cena miserat; — ib. 8, 2: de caede uiri reticere; cf. Cic. in Verr. II. 1, 12, 32: date hoc et concedite pudori meo ut aliquam partem de istius impudentia reticere possim; — Auid. Cass. 5, 1: de hoc (= huius) multa grania contra militum licentiam facta inueniuntur apud Parthenianum; — Prob. 17, 5: miror te de omnibus mittere; — Pert. 12, 6: de prandio suo m.; Trig. t. 10, 12; — Al. Seu. 38, 1: de lepusculis facta est mentio; — 45, 6: de publicandis dispositionibus mentio contigit; — cf. Cic. pro Quint. 11, 39; id. ad Att. XV. 27: recordari de aliqua re. — Tusc. I, 6, 13; — Alex. Seuer. 52, 3: de stipendiis militum quicquam accipere; — Trig. t. 32, 4: nec mireris tantam esse uarietatem de homine; — Aurel. 31, 8: habes trecentas auri libras de (add. Salmas. edd. iniuria: e) Zenobiae capsulis, habes argenti mille octingenta pondo de Palmyrenorum bonis; — Gord. 11, 10: imperatores de senatu; — Aurel. 41, 2: de uobis aliquem — principem mittite, nos de iis neminem patimur; — Claud. 7, 6: de his aliquos redire permisit; —

Firm. 3, 2: tantum habuisse de chartis; = tantum chartarum.[70, 71]) —

H. p. 208—9, 1—2.[72]) Marc. 12, 14: insinuare de bello; — Verus 10, 3: putare de aliquo; — Al. Seu. 14, 4: de graecis uersibus sunt prodita; — 21, 8: de promouendis sibi adnotare; — 41, 2: censuram de moribus gerere; 45, 2; — Alb. 10, 4: exstant Marci epistulae de hoc eodem; 10, 9; — Marc. 5, 9: litterae de morte Antonini; — Alb. 2, 4: de aerario imperare; — 5, 4: sortem de fato tollere; Trig. t. 5, 2; Flor. 3, 3; Tac. 11, 7; — Claud. 14, 1: quae de illo a diuersis edita sunt; de om. BPM. add. uulgo; — Max. 27, 1: de huius genere superius dictum est; de om. BPM. add. uulgo. — Trig. t. 22, 9: tacendum esse non credo quod cum de (om. BP) Aegypto loquor, uetus suggessit memoria.[73]) —

[70]) exempla Plautina quae secuntur a Kampmanno conlecta ipse in ordinem reuocaui: Asin. 1, 3, 29; 3, 3, 20; Aul. 2, 4, 15; Bacch. 1, 1, 56; 3, 4, 14; Men. 2, 2, 17; 1, 2, 40; Mil. 3, 3, 31; 4, 2, 5; Pers. 1, 3, 42; 4, 3, 4; Stich. 3, 1, 25; 2, 2, 75; Trin. 2, 2, 47 sq.; 2, 4, 108; 2, 2, 68; 2, 4, 24; 3, 3, 56; Most. 4, 1, 7; 1, 2, 72; Truc. 1, 2, 11; ib. prol. 6; ib. 5, 61; 4, 2, 28; 2, 1, 34; 2, 7, 12; ib. 15; 5, 48; prol. 1, sq.; 2, 7, 10; 4, 2, 34; — Poen. 3, 1, 31; 3, 3, 28; 3, 1, 72; Capt. 3, 1, 22; Pseud. 4, 7, 68; 1, 5, 1; Rud. 4, 4, 33; 5, 1, 7; 3, 4, 8. —

[71]) praepositio „de“ tempori designando inseruiens apud sex scriptores de quibus ago obuiam non fit si ulla schedis meis fides tribuenda est. —

[72]) exempla in quibus „de“ in rebus translatis argumentum indicat, et tamquam materiam unde menti causa commemorandi aut cogitandi praebetur, demonstrat, usitatissima sunt quam ob rem haud multa exempla deprompsi. —

[73]) miram pro praepositione „de“ legimus constructionem cum desideratiuo apud Pollionem in uita Claudii 3, 2: Claudium principem loquor. —

H. p. 210, 4. Alb. 2, 2: ad te de successione atque honore tuo misi. —

H. p. 210, 5. ut de iudicibus tractaretur; — Marc. 19, 2: de amore confessa; — 28, 4: quid de me fletis; — Comm. 5, 6: id grauius quam de se ipso Commodo fuit; — 13, 2: de quibus gloriatur; — contra gloriandi uerbum construitur cum desid. c. inf.: Diad. 7, 1; cum desid.: Procul. 12, 8; ib. 12, 6; Aurel. 47, 1. — Pesc. N. 9, 6: dicunt — Seuerum de mathesi dixisse; — Alb. 10, 5: ei uelut de hoste credi non poterat; — Cass. 10, 4: uide quid agas de Auidio Cassio et de eius consciis; — Heliog. 31, 8: ut fit de aurosa arena; — Valer. 4, 1: gauderem tibi de uictoria; — Gord. 12, 2: adiurare de aliqua re; — Aurel. 3, 2: de eorum uirorum genitali solo nescitur; — 7, 2: iterum de eo facta est cantilena = in eum;[74]) — Al. Seu. 64, 3: curas de (add. Salmas.) priuatis (BP test. Jord.) M: priuatas; — Trig. t. 27, 1: sed horum exitu incertum est.[75]) —

H. p. 212, 6. Alex. Seuer. 9, 5: de his securi sumus;[76]) — Heliog. 20, 5: quod qui ederet de pesti-

---

[74]) Auct. b. hisp. 18, 8: indignari de aliqua re; 26, 2: commemorare de; 84, 1: praetermittere de uirtute militis; — Tert. adu. Marc. 5, 11. —

[75]) P³M: de h. e. — legendum mihi uidetur: „sed de horum exitu nihil certum est." —

[76]) cf. Pet. 18: iussi de utroque esse securam; — Hieron. ep. 39, 6: de eius mente secura sum; ib. 32, 2: securi de sua sanitate; — Tacit. hist. 1, 67: de caede Galbae ignari; Quint. 4, 2, 30: qui cynicum reum de moribus facit; — 10, 7, 24: de quorum simus iudicio atque opinione solliciti; — Plaut. Maen. 5, 5, 33: modestior de uerbis. —

lentia tutus diceretur;[77]) — Heliog. 16, 5: primum consensere de genere mortis.[78]) —

H. p. 212—3, 8. Pius 3, 8: de omnibus mitiorem sententiam ostendens; — Pius 11, 1: numquam de eo per fumum aliquid uendiderunt; — Alex. Seu. 23, 8; 67, 3: de se f. u.; — Marc. 11, 2: de alimentis multa inuenit; — Al. Seu. 66, 2: ridere de aliquo; — Alb. 12, 11: ut de me ille decerneret et triumphum; — Cass. 10, 10: quid de te iactare dicantur; — Alb. 14, 2: de occidendo Pertinace ipsius auctoritas ualuit; — Au. Cass. 2, 5: de adfecta tyrannide non potest credi; — Claud. 1, 1: de quo ego recusare non potui; — Firm. 2, 1: de Suetonio non miramur; — Num. 13, 4: miror de homine. —

H. p. 214--215, 1. Probus 7, 3: me principem fecit de prudentis exercitus uoluntate;[79]) — Al. Seu. 38, 6: pulchrum quod putas uestrum regem uulgari miserande de fabella; — 65, 2: de bonorum uirorum respondere sententia; — Tac. 7, 3: principem de s. omnium senatus elegit;[80]) — Aur. 39, 4: amnestia sub eo decreta est de exemplo Atheniensium. —

---

[77]) conrexi; BP: e pestilentia; M: e pitilentia; edd. ber.: a pestilentia; Peter: epilepsia (?!) —

[78]) conrexi. libri: conscii genere; Salmas.: consciuere mortem his. — me recte emendasse uerba tradita confirmant quae secuntur: cum alios uitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent, ut mors esset uitae consentiens. —

[79]) cf. Cypr. de hab. uir. 7: omnia de dei uoluntate facienda sunt. —

[80]) cf. Liu. 45, 16: donec d. s. legatorum res composuissent. id. ib. 45, 26: pronuntiauit d. s. consilii; — Tac. an. I. 48: d. s. statuunt tempus; — Suet. Tib. 18: de consilii s. egit; — Forcellini in lexico: „uitiose dicitur „de senatus sententia“ nam

H. p. 216, 1, 2. Al. Seu. 10, 5: idem de se primus Marcum uocauit; — conrexit Mommsen; — 8, 1: gratias uobis—de Caesareano nomine et de uita seruata— et de pontificatu maximo et de tribunicia potestate; — Prob. 23, 2: stipendia de largitionibus nulla erogarentur.[81]) —

H. p. 217.[82]) Marc. 19, 1: non de eo natus sed de adulterio; — Comm. 7, 3: de quibus filios suscepit; — 13, 2: adclamationes de Mario Maximo indidi; — Heliog. 2, 2: de meretrice conceptus; — Max. 27, 1: optauerunt de eo c.; cf. Ouid. met. III. 214; — Gord. 9, 5: de Scipionum familia originem trahere; — Alb. 12, 8: de Ceioniorum stemmate sanguinem ducere; — Claud. 10, 7: multos de se dare. —

H. p. 221, 1. Max. 22, 5: de proximo Aquileiam opsidere coepit; = ἀπό.[83]) —

H. p. 225, 5. Comm. 1, 9: pellis in fornace consumpta est ut fidem poenae de foetore nidoris impleret; —

---

debent dicere ut ex mea s., ex tua s., sic ex senatus s. — item quidam dicunt: „de senatu ire," dici potius quam „e senatu" quod de eo, quo inimus dicimus „in," „de" cum redimus. „ex senatu eiectus" potius quam „de senatu." — cf. ibidem exempla Ciceroniana. —

[81]) cf. Apul. met. I. p. 40: ego te de ista corporis speciosa habitudine deque hac uirginali prorsus uerecundia generosa stirpe proditum et recte conicerem. —

[82]) Apul. met. V. p. 248: malum grande de uultus curiositate praeminatur; ib. I. p. 16: alium de foro quidem, quod aduersus eam locutus esset in arietem deformauit; — Hyg. fab. 14: Cepheus de Arcadia; Grat. Cyn. 17: centum de fontibus Naiades. —

[83]) (male Eyssenh.: die p.) — plura praebet H. p. 223. addo unum exemplum. Sulp. Seu. de uirt. Mart. 2, 4: tota rapitur silua de proximo. —

H. p; 225, 6. Al. Seu. 37, 4: de manu sua ministris panem dare; — i. e. de manu sumendum; nostrates: eigenhändig.[84], [85]). —

A.[86])

H. I. p. 10, 3.[87]) Seuer 8, 8: egressus ab urbe; — Pert. 10, 6: pedibus ab Antiochia iter facere; — Al. Seu. 45, 2: ab urbe exire; — ib. 60, 4: ciuitatis a qua

[84]) cf. Colum. 9, 1, 1: semper de manu cibos et aquam praeberet; — Suet. Tib. 34: consuerat quadruplam de manu dare. —

[85]) de cum desid. Op. Macr. 11, 5: hos uersus nescio quis de latus eos qui Graeci erant posuit. — ita conr. Salmas. I. p. 763. b; BP[1]: delatis, P[2]: delatas; exc.[2] delatos.) Rönsch.[2] p. 410 ex. Gromatt. uett. haec loca adnotat: 324, 2: de latus sinistrum; de latus: 311, 29; 312, 14; 314, 20; 315, 27; 321, 17; 323, 30; 327, 17; 20; 329, 4; 330, 25. et saepius. — Marc. 18: unde etiam templum ei constitutum et omnia quae de sacrata decreuit antiquitas; — Peter: de sacratis. — Maduig. l. l. p. 632: quae aedes (!!). — cf. Rönsch.[2] l. l. p. 410. Hartel. ad Cypr. ind. p. 420; — Pesc. N. 4, 4: nec alias fabulas umquam habuit nisi de Annibalem ceterisque talibus; — de addidit M. B[1]P: annibalem. — loci emendandi: Aurel. 3, 3. nec tamen magnorum principum uiribus summa sciendi est ubi quisque sit genitus. — Casaub. de uirtutibus; Salmas.: uirtus; — fortasse: de magnorum p. uiribus; — Heliog. 14, 7: misit praefectis (BP) alios ad compescendos milites in castra alios uero ad eos placandos qui iam in hortos uenissent; Peter: praefectos; — fortasse: de praefectis; — Heliog. 16, 5: sed milites quod sibi uiderent inuidiam factaque conspiratione ad liberandam remp. — ita codd. — Peter: facta pro c — fortasse: facta de conspiratione. —

[86]) formam quae est „abs“ (de qua cf. R. Kühnerum gr. l. I[2]. p. 617, 4) apud sex scriptores historiae augustae non ueni. —

[87]) Charis. 1, 19, 3: a abundans facit sermonem rusticum. — cf. Böhmer, die lateinische Vulgärsprache, Progr. d. Gymn. zu Oels. 1866.

proficiscebatur; cf. Cic. ad Att. 9, 9: a me profectus; Liu. 2, 33: ab Antio p.; id. 25, 25: legati ab Tycha et Neapoli uenerunt; — Marc. 22, 1: gentes omnes ab Illyrici limite usque in Galliam conspirauerunt; — Pius. 10, 4: a Calchide Romam uenire; — Seuer. 24, 1: corpus eius a Britannia susceptum est; — 15, 2: a Brundusio uenit in Syriam; — Gord. 14, 1: a Germania Romanam defendimus maiestatem; — Marc. 12, 7: a Syria uictor rediit frater; — Tac. 13, 2: a Maeotide multi barbari eruperant. —

H. p. 13, 8. Cass. 4, 3: ut a summo usque ad imum damnatos ligaret, et ab imo focum apponeret. —

H. p. 14, 9 Prob. 19, 6: neque erat bestiarum impetus ille qui esse a caueis egredientibus solet; B²P: esse haec ab eis; Petrus Faber coniecit: esse e caueis. —

H. p. 15, 12. Gord. 19, 6: Nec tamen fortitudinem bonis umquam degenerauit.[88]) —

H. p. 16, 13. Seuer. 10, 7: sollicitus cum consuleret a Pannoniacis auguribus; — Heliog. 11, 4: ab his coepit exquirere; cf. Cic. ad Att. 7, 12; a te nihil dum certi e. — ib. 18, 3: haec non nimis a Graecis; — Gall. 9, 6: a quibus cum quaereretur; — Aur. 1, 3; Heliog. 10, 6. —

---

[88]) Bährens in annalibus phil. tom. 103. p. 657: „fortitudini in bonis“ coniecit, relegans nos ad Statium et Claudianum qui: „degenerare alicui rei“ dixerunt, audacius quam rectius J. Oberdick in ephemeride gymnasiorum Austriacorum an. 1865. p. 741: „nec fortitudini nec bonis“ proposuit. — quomodo autem locus restituendus sit adparet ex Gall. 4, 3, ubi legitur: degenerantes a uirtute. — in littera „m“ quae uocabulo bonis praecedit, nihil aliud insi „in“ latet, ut iam Salmas. intellexit. legas itaque: a fortitudine in bonis. —

H. p. 17. Comm. 6, 13: libertinus a pugione appellatus est; — Al. Seu. 10, 5: Antoninus item a se Pius Marcum et item Verum uocauit;[89]) — Heliog. 1, 6: dictus est a sacerdotio dei; — Gallien. 5, 6: (praecedit lacuna) a quo dictum est superius;[90]) — Claud. 5, 5: magna uirtus ab auro nomen accipere. —

H. I. p. 23. III. 1. Alex. Seu. 51, 3: exemplum malum a regina nascitur; — cf. Tacit. hist. I. 16: a principibus n.; — Trig. t. 12, 14: originem a Domitiano trahere atque a Domitilla; Procul. 13, 4; Claud. 11, 9; — Gall. 14, 3: a quo — originem ducit.[91]) —

H. p. 25.[92]) Geta, 7, 1: Funus Getae accuratius fuisse dicitur quam eius qui fratri uideretur occisus; — Jord.: a fratre; — Seu. 4, 1: Gallis ab seueritatem dilectus est; — Max. 14, 4: appellatus est omnibus Afris Augustus cum filio; — Seuer. 2, 2: absolutusque est (a om. B[1]) Juliano proconsule cui et in proconsulatu successit; — Seuer. 4, 3: sed (a om. M.) praefectis praetor absolutus est; — Maxim. 7, 5: tribunis barbaris interemptus est; a om. in BP. teste Petero, teste Jordano tantum in P. —

[89]) ex coniectura Petschenigii: Beiträge zur Texteskritik etq. p. 378). — codd.: Antoninus idem sepius; — Mommsen coniecit: „Antoninos de se Pius,“ sane elegantius quam Peter: „A. item primus.“ —

[90]) uulgo: de quo dictum est; Salmas.: ut dictum est superius. —

[91]) „a quo“ om. BP[1] add. P[3] M. —

[92]) de ablatiuo simplici omissa praepositione „a“ quam adcuratissime egit Eckstein ad Vossii Aristarch. t. III. p. 1154. cf. deinde Holtze l. l. I. p. 39 sq. Rönsch.[2] l. l. p. 413; Guericke in libello de linguae uolgaris reliquiis apud Petronium et in inscrpp. pariet. Pompeianis 1875. (diss. acad. Albert.) p. 55. Draeger. l. l. I.[2] 460 sq. — inconsiderate Plew l. l. p. 39, statuit in uitis a Vopisco et Capitolino conscriptis omissam praepositionem „a“ non obseruari. —

Pius 4, 8: cum uxore argueretur; M ab uxore; Mommsen: „uxor." haud apte; — Sat. 8, 6: alii uitrum conflant. aliis charta conficitur; – ab. om. BP. add. M. — Pert. 11, 10: caput operuit atque ceteris confossus est; edd.: a ceteris; — Trig. t. 26, 7: regio locis defensa non hominibus; — Car. 3, 7: percussoribus deprehensus est et occisus; — Carin. 20, 6: donati sunt Atrabaticis birri petiti; — Pert. 3, 3: iussus statim Perenne in Liguriam secedere; — a om. B. — Marc. 13, 1: retardatusque bellica profectione est; — Firm. 5, 1: Aureliano de Thraciis redeunte superatus est; — Prob. 15, 3: septuaginta urbes nobilissimae captiuitate hostium uindicatae. „a" om. BP^1M. add. P^3. cf. contra: Gall. 4, 4; 4, 5; — Verus. 10, 5: anteuentum Lucium Faustinā; — Heliog. 4, 4: Semiamira facta sunt senatus consulta: — Trig. t. 23, 1: sed Valeriano dilectus Saturninus fuit; M: sed a; — Eyssenh.: et a; — Car. 4, 7: fac igitur ut maioribus nostris, id est Romanis non discrepemus; — Car. 4: in ephemeride quadam legisse memini, Carum Mediolanensem fuisse, sed auo iuri Aquileiensis ciuitatis insertum.[93]) —

H. p. 32, 7. Alex. Seuer. 27, 1: a uestitu dinoscere; — Diad. 7, 4: Antoninos pluris fuisse quam deos ab trium principum amore.[94]) —

[93]) mira sunt quae Hudemann (E. E.) in Philologi tom. IX. a. 1855, dicit: „Wenn man nun auch gerade nicht mit Casaubonus ab auo lesen will, weil die Frage sein kann, ob sein Grossvater soviel Einfluss gehabt, um ihm das Bürgerrecht in jener Stadt zu verschaffen (?!), so wird vielleicht a puero richtiger sein, so dass der Sinn der Stelle ist, er sei in seiner Jugend Bürger in Aquileja geworden." —

[94]) B: ac trium p. a. — Salmas.: ob t. p. amorem. — si mecum „ac" pro „ab" a librario neglegenti scriptum sumpseris, quod haud raro in libris inuenitur supersedere possumus Salmasii coniectura. —

H. p. 34, V. 1. Marc. 10, 2: curatores ciuitatibus a senatu dedit. —

H. p. 35, 2. Seuer. 8, 8: seditionem ingentem — ab exercitu passus est;[95]) — Gall. 2, 2: Macrianus unum ex nobilibus a principibus senatus ad Achaiam destinauit[96]); — Heliog. 10, 1: milites in Alexandrum inclinantes qui iam Caesar erat a senatu eo tempore.[97]) —

H. p. 37, II. 1. Max. 4, 4: a militia desiit; — Max. 4, 7: a m. discessit; — Macr. 6, 1: sacrilegium a quo initium sumpsit improbus imperator; — cf. Macrob. somn. Scip. 18; Lactant. 1, 2; id. de op. dei 12, 7; — Comm. 4, 5: eductum a Palatio. —

H. 38, 2. Maxim. 22, 6: a teli iactu satis tutus; — contra: Heliog. 20, 5: epilepsia tutus; — Cypr. p. 287, Hartel 9: a quibus potest esse firma et fida tutela; — Pius. 10, 5: cum uocaretur ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis; — Claud. 1, 2. (extr.) a gubernaculis depulit; cf. ib. 5, 1; — Carin. 18, 1: liber a

„ab“ hoc loco reddi licet per: „propter.“ uerterim: „Die Antoninen seien mehr als die Götter verehrt worden, von wegen der Liebe zu drei Herschern.“ — Apul. met. c. XVIII. p. 152. Hildeb.: ab Aulide desedibus et obsessis ac taedio abnuentibus dificultas belli. —

[95]) cf. Cypr. p. 668, 10, Hartel: neque nobis ignominia pati est a fratribus quod passus est Christus. —

[96]) sic BP. M om. a. — Peter: ex nobilibus et principibus; — Eyssenh. del. nobilibus; nihil mutandum neque delendum uidetur. „a principibus“ ex usu latinitatis cadentis pro genetiuo dictum. cf. H. l. l. —

[97]) uulgo: a senatu dictus; — uix omitti potuisse uerbum putant edd. berol. male intellecta ui praepositionis „a“ quae hoc loco pro „a parte“ adhibita est; uerterim: „die Truppen, die zu Alexander hinneigten, welcher damals schon von Seiten des Senates Caesar war.“ —

frenis domesticae pietatis; — Claud. 5, 4: a Zenobia et a Vitruuia libera; — Aurel. 1, 2: a causis atque a negotiis publicis solutus ac liber; — Trig. t. 9, 3: uacuae a uirili sexu; — contra uide Tac. 1, 4; — Aurel. 13, 2: a Gothorum potestate liberasti. —

H. p. 40, 4. Heliog. 15, 1: histriones a se dimouere; — Gall. 14, 5: Max. 4, 9; a gubernaculis d. = Macr. 12. med.[98]); - Max. et B. 17, 2. extr.: reddidistis pristinam dignitatem, gratulatus maxima ab hostibus uastatione defenditis. — pro: a maxima hostium uastatione etqs. recte Capitol. in u. Maxim. 22, 5: cum se ciues sulfure et flammis a militibus defenderent; — Alex. Seuer. 51, 4; a militum ira d. — Heliog. 15, 2: remoti ab eo; — 14, 2: a republica depellere; — Claud. 1, 2. extr.; 5. 1; — Gall. 4, 5: ab omnibus barbaris uindicauit; — Claud. 4, 4: (bis); — Trig. t. 12, 8: ab usu militiae retrahere. —

H. p. 41. supra. — Heliog. 17, 7: a quo cauere debent. —

H. p. 41. II. 1. Claud. 13, 8: a militum congressu facessere; — Marc. 7, 3: nec praeter duas noctes per tot annos ab eo mansit diuersis uicibus.[99])

H. 43. III. 1. Auid. Cass. 5, 1: apud Aemilium Parthenianum qui adfectatores tyrannidis iam inde a ueteribus historiae tradidit; — cf. Terent. Heaut. 1, 2,

---

[98]) minus recte Klotz in lexico s. u. dimouendi, duobus his posterioribus locis „demouere" scribendum censet; repugnant loci ceteri, ut uides. —

[99]) „ab eo" om. B et P testante K. Zangenmeistero in ephem. cui Hermes inscribitur, t. I. an. 1866. — cf. Cypr. 280, 22, H.: ne remaneat a salute; ib. 586, 5: a comitibus, quos ipse praemiserat mansit inuitus. —

9; id. Adel. 1, 1, 16; — Plin. paneg. 26, 3: inde ab infantia; Lin. 4, 26: inde a cunabulis. —

H. p. 45. V. 1. Gord. 33, 5: postea interemptis a Philippis.[100]) —

H. 46, 3. Aurel.: 42, 3; ab Augusto in Diocletianum quae series purpuratorum sit, index publicus tenet; — Fulgentius I. 11: a matutino = Morgens. —

H. p. 47, 6. praepositio „a" ablatiuis qui absoluti uocantur, praeponitur: Marc. 9, 3: patris patriae nomen delatum a fratre absente in eiusdem praesentiam distulit. sic BP¹); — Saturn. 11, 1: cum is longe alius sit et a Probo paene nolente sit occisus; ita P test. Jord. — Prob. 19, 8: edita praeterea gladiatorum paria trecenta a Blemmyis plerisque pugnantibus; sic BPM. edd. a omittunt. —

H. p. 48, 1. Aurel. 11, 2: suscipe bellum a parte Nicopolis; Trig. t. 12, 16; Aurel. 13, 1; — Comm. 9, 6: a genibus in dracones redigi; — Heliog. 25, 3: a pedibus utres soluere. —

H. 51, 4. Max. et Balb. 17, 2: remp. a nefarii latronis scelere seruare; — cf. Dig. 17, 1, 45, extr. —

[100]) Peter et edd. berolinenses „a" omittunt: iniuria, modo consideres mecum totum locum in contextu: „nam omnes quicumque illum cum gladio appetiuerunt, qui nouem fuisse dicuntur, postea interemptis a Philippis se sua manu suisque gladiis et isdem, quibus illum percusserant interimisse dicuntur." „interemptis a Philippis" idem ualet atque: „post interemptos Philippos." — similiter praepositione „a" usus est Plin. VIII. 15, (17) 45, ubi narrat leaenam tradi primo fetu parere quinque catulos ac per annos singulos ab uno sterilescere, h. e. postquam unum edidit. cf. Ouid. fast. III. 94, id Pont. IIII. 15, 4; 5, 26; id. metam. XII. 578; VIII. 16: amnis ab his tacuit; ac uero in tali praepositionis „a" explicatione praeclaros uiros, Salmasium et Maduigium consentientes habeo. —

25, 5, 2; 26, 7, 61; — cf. Cypr. p. 700. 21. Hartel: ab eiusmodi periculis reseruari. —

H. 51, 5. Alb. 9, 4: cuius nece a Seuero gratiam requirebant; — Pert. 2, 4: suspectusque a Marco quorundam artibus remotus est;[101]) — Claud. 2, 3: ab aliis capere exemplum; — Aurel. 41, 10: donis, quae a barbaris meruit; — Pertin. 6, 7: suscipere imperium a senatu.[102], [103]) —

Absque.

Aurel. 33. 1: non absque re est cognoscere, qui fuerit Aureliani triumphus.[104]) — Clod. Alb. 2, 5; habebis

[101]) „a marco" quod praebet P recepit H. Peter, respiciens uidelicet et codicem B in quo exaratum est: amaro. Jord. et Eyssenh. praepositionem delent, quod mihi minime probatur, cum de codicum lectione consentienti recedere haud ausim. —

[102]) **„a" cum desideratiuo?** — Al. Seu. 25, 1: Seuerus est appellatus a militibus ab austeritatem; — ita B[1]. — cf. Epist. Varii Clementis ed. Momms. in Gerhard. ephem. archaeol. n. s. III. 1871 p. 5 sq. Wilm. exempl. n. 785. Jordan, Kritische Beiträge etqs. p. 265 sq. lineola 10: a rigorem; lineola 14: ab orientem; — C. I L. III. 3551: a spem uetere; — ib. IIII. 1940: a muthunium; ib. 2155: a puluinar; exempla plura uide apud Rönsch.[2] p. 409. et apud Hartelium in indice ad Cyprianum p. 407. —

[103]) **„a" pro datiuo?** — Pesc. N. 3, 2: Seuero qui magis esset odio habendus a senatoribus militibus prouincialibus popularibus. —

[104]) Plew l. l. p. 41 haec profert: „Vop. Aurel. 33, 1: non abs re est. Hand I. 6. contendit formam „abs" ab antiqua consuetudine abhorrere; iniuria quidem; nonnullis scilicet locis, quos affert Sallust. Jug. 50. Cat. 10, 1; Caesar. b G. I. 44, 8 forma uel a uel ab ponenda erat, nec tamen Gell. 18, 14, 6: „haec notare non abs re uisum est," uerba simillima Vopisci Aurel. 33, 1. quare retinendam censeo Jordani scripturam reiciendam quoque Peteri: non absque re est." — Plewii sententia refutanda est cum

utendi coccini pallii facultatem impraesentiarum et absque me et cum mecum fueris.[105]) —

Cum.

H. II. p. 136, 1. Ver. 5, 4: data et uasa aurea c. leminiscis data et uehicula c. mulabus ac mulionibus c. iuncturis argenteis; — Alex. Seuer. 37, 1: spectacula frequentauit c. summa donandi parsimonia. — plura uide in lexicis. —

H. II. p. 137, 2. Pius 1, 9: pueritiam egit c. auo paterno mox c. materno. — plura praebent leexica. —

H. II. p. 137, 3. Did. Jul. 2, 1: factus est reus c. Saluio; — Max. 14, 4: appellatus est omnibus Afris Augustus c. filio apud Tysdrum; — Comm. 1, 3: Faustina cum esset Commodo c. fratre praegnans.[106]) —

---

nulla adsit causa cur in scriptura codd. BP uolgarem sermonem exhibenti obfendamus. — locus Gellii nihil contra locum de quo agimus demonstrat. praepositionem quae est absque uolgari sermoni propriam fuisse satis constat, qua de re cf. perlucidae doctrinae plenam disputationem Jordani in: Kritische Beiträge etqs. p. 308—314, praecipue pag. 311; — et E. Wöllflini in Mus. rhenano. n. s. a. 1882. p. 96 sq. —

[105]) BP: me praesentem et ad me; excerpta Palatina a secunda manu: absque me; Peter in progr. gymn. Posnaniensi a. 1863. p. 4: habebis facultatem perpetuam et absque me et cum mecum fueris; — Jord.: me praesidente, eandem. — de forma: „impraesentiarum“ quam hoc loco legendam censeo cf. Handium III. p. 335—338, Rönsch.² p. 230. —

[106]) Commodum BP¹ exc. pro Commodo, uide plura in praefatione huius opusculi. Jord. delet: Commodum cum fratre. haud recte si orationis tenorem perpenderis; — Apul. met. III., 26: praeclarus ille uector meus cum asino capita conferunt. ib. X. p. 747: Iuno cum Minerua tristes; id. de deo Socratis p. 110: inter se nox cum die differunt. cf. Eckst. ad Voss. Arist. III. p. 1023. —

H. p. 141, 6. Pius 2, 1: omnia haec c. mensura; — Pius 13, 2: uoce rauca et sonora c. ioconditate. —

H. p. 142, 7. Max. 12, 2: nisi c. suo equo inhaerentem milites liberassent.[107]) —

H. p. 143, 2. Trig. t. 23, 5: discumbere c. sagis; — Al. Seu. 37, 12: frigida semper pura usus c. uino rosa condito: pro: uino cum rosa condito: — 60, 3: alba uestis c. qua constiterat; — Heliog. 24, 5: parasitos c. uertigine sub aquas mittebat; — 26, 3: c. ea ueste c. qua Fabius et Cornelius producti sunt; — Comm. 13, 4: cum muliebri ueste — saepissime bibit; — Al. Seu. 23, 3: seruos c. seruili ueste habuit, libertos cum ingenuorum; — Gall. 8, 3: ornati c. auratis uestibus; — cf. Cato d. r. r. 10, 2: iuga c. loris o.; — Saturn. 9, 3: c. cyclade uxoria amictus est; — BP[1]: conclude; cum add. P[3]; cum chlamyde M: — Seuer. 19, 7: c. chlamyde umeros uelare. contra: Trig. t. 31, 12, purpura u.; — Gall. 8, 5: c. picta toga — Capitolium petit; — Macr. 6, 2: reuecti c. triumpho. —

H. p. 145, 3. Heliog. 23, 7: marinae aquae colymbos exhibuit in mediterraneis locis maxime eosdemque singulis amicis natantibus dimisit et iterum cum

---

[107]) nisi u m s u o e. i. P testt. edd. berol. — J. Oberdick in ephemeride gymn. Austr. a. 1868. p. 343. tom. XIII. coniecit: nisi eum sui aquae inhaerentem l. — Maduig in aduers. II. p. 640 sq.: nisi eum sui equo liberassent; — Bährens in annalibus phil. 1871, p. 656. tom. CIII. suspicatur: nisi eum sui cum equo inh. l. — uiri docti uidelicet personam liberantem desiderabant, quam ob rem „sui“ interposuerunt; at recte perpensis uerbis antecedentibus dubitari non potest post „inhaerentem“ excidisse uocabulum: „milites;“ in praepositione „cum“ autem haerere non debes. —

piscibus impleuit;[108]) — Marc. 15, 3: tantae sanctitatis fuit ut mortuum sacris cum plurimis honorauerit.[109])

H. p. 146, 5; — Pius, 3, 7: c. animi dolore conpressit; — Heliog. 15, 1: cum omnium dolore apud eum plurimum poterant; — Aurel. 7, 2: c. ingenti seueritate peccata correxit; — 19, 4: c. calumnia recusare; — Saturn. 7, 5: quibus tempora cum inormi libertate displicent; — Tac. 12, 2: epistolas c. cupiditate perlegere. —

H. p. 147, 6. Alex. Seuer. 37, 7: c. amicis diuidebat; — cf. Plaut. Stich. 5, 4, 14 (701): ego tecum hoc diuido; id. Amphit. 5, 1, 73; Petron. 11, 4; Quint. 7, 1, 41. Iust. 6, 9, 5; — Trig. t. 17, 2: dicitur primum cum Zenobia consensisse; — male uertit Clossius: man behauptet aber anfangs sei Z. — mit Maeonius einverstanden gewesen; Maeonius enim subiectum est, quod dicitur. —

H. p. 152, 9 Firm. 3, 4: Juppiter sedet c. specie praetextae. —

H. p. 155, 11 sq.; — Prob. 18, 3: c. gloria redire; — Al. Seu. 57, 4: c. ingenti g. Palatium ascendit; — Seuer. 24, 1: corpus eius c. magna prouincialium

---

[108]) Salmas. p. 855: „illud „cum“ quid heic loco facit? an sic dictum cum piscibus implere ut cum chlamyde uelare in Seuero (19, 7)? frequentes in hoc loquendi genere Graeci posteriores.“ — edd. Salmasium secuti cum omiserunt; Golisch in progr. Schweidnitziensi an. 1877. p. 5: „tum“ proponit. haud apte cf. exempla quae proferam: Colum. de arbor. 4, 5: sulcum c. stercorata terra complere; — Cato d. r. r. 77: cum melle oblinito bene; — Plin. h. n. 7, 19, 20: uehicula c. culeis onusta; — Vergil. Aen. VI. 359: c. ueste grauatum. —

[109]) sic BP.! — false quidem, si uerba quae antecedunt consideraueris pro „cum“ editores „eum“ scribunt. —

reuerentia susceptum est; cf. Apul. met. I. XXIII.: sarcinulas susceptas c. fide conde in cubiculum; — cf. II. p. 170. —

H. p. 158, 11 sq. cf. Draeg.² p. 536. — Heliog. 35, 2: Alexander c. cura dicendus est; Claud. 1, 1: c. c. in litteras digerendus; cf. Plaut. Menaechmi, 5, 4, 7: „cum cura“ saepius apud Liuium Curtium alios; — Alb. 6, 5: c. causa occidere; — cf. Cic. Qu. fr. 1, 2, 2: scio te fecisse cum causa (= non sine causa); id. de Orat. II. 61, 248: quod nos cum causa dicimus; — Heliog. 25, 1: ut expergefacti leones ursos pardos cum luce uel quod est grauius nocte inuenirent. —

H. p. 159, 12. — Pert. 14, 1: c. gladio infestare; — Trig. t. 3, 5: c. sagitta est uulneratus.[110]) —

H. p. 170, 13.[111]) Trig. t. 31, 10: c. risu et ioco iactitare; — Pert. 12, 7: adhibebat Valerianum qui c. eodem docuerat; = d e r s e i n L e h r e r w a r. —

---

[110]) cf. Pottium: „Plattlateinisch und Romanisch“ in: „Zeitschrft. f. vergl. Sprachforschung“ Ber. 1851. I. p. 385. —

[111]) **„cum“ cum desideratiuo!** Marc. 26, 12: cum bonorum partem, BP¹; — Gall. 7, 1: cum Claudio duce principem generis Constantis Caesaris bellum iniit; — Max. et Balb. 16, 7: sed cum (= apud?) Latinos scriptores plerosque Maximi nomen non inuenio; BP¹; — Max. 33, 2. med.: cum exercitum BP; — Cypr. de m. Sina et Sion 8: cum imperatorem et regem suum; ib. c. 9: cum nomen regis; — C. I. L. IIII. 275: cum discentes; 698; 221: cum sodales; plura contulit Rönsch.² p. 409 sq.

l o c u s c o n r u p t u s legitur Pesc. N. 3, 10: mensuras conuiuiorum uocant cum hoc sine mensura potare; BPM. — male interpres: und befleissigen sich des Masshaltens bei den Gelagen, wenn sie ohne Mass trinken.“ quae uerba dubito num ipse intellexerit Closs. Salmas. delet „cum,“ Peter in „illi“ mutat, — pro „cum“ fortasse non inepte „milites“ posueris. —

l o c u s i n t e r p o l a t u s e x s t a t: Clod. Alb. 5, 3: nam et bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est, quod

Prae.

H. p. 526, 8.[112]) **Draeg. p. 641, 3.** — Tac. 11, 2: prae omnibus holeribus adfatim lactucis impatienter indulsit. BPM: pro; conr. Peter; — Hadr. 16, 10: prae ceteris eminente Fauorino; Marc. 6, 9; — Macr. 12, 1: prae ceteris laudare; — Trig. t. 3, 9. —

Draeger. 641, 4. Car. 4, 1: prae summa uarietate dicere nequeo; — Aurel. 5, 3: prae uulnere equo sedere non posse; — Hadr. 23, 15: prae ualetudine nec gratias agere potuit. —

H. IIII. p. 525; Ver. 4, 11: dissimulabat prae pudore; — Aurel. 26, 6: denique fatigatus ac prae malis fessus litteras ad Zenobiam misit.[113])

---

mirandum fuit cum cornibus etqs. Golischius in annal. phil. t. CIII. p. 648 suspicatur: „tunc omnibus," locosque aliquos profert qui nihil ualent ad eius coniecturam probandam. — uerba: „quod mirandum fuit cum cornibus" recte, ut putauerim, suspicatus est Peter ex margine in textum inrepsisse. similes adnotatiunculae legentis cuiusdam iusipidi saepius obuiam fiunt. cf. Spart. Hadr. 20, 11: „si potest credi" ubi manifesta glossatoris manus agnoscitur. —

cum omissum. Heliog. 22, 2: quod quidem et ludis suis exhibuit, contra ib. 21, 3, 4: cum ludis suis exhibuit; — Maxim. 27, 8: reticulum prasinis undecim; — BP. M addit „de." — Geta, 2, 9: redit fama in gratiam parricida; — plura exempla ablatini cum praepositione non coniuncti contulit Ruddimannus II. p. 268. —

[112]) H. l. c.: „prae ceteris" erant alii qui Latinos, alii qui Ciceronem dixisse negarent. scilicet recentioris aetatis uidetur esse haec locutio." —

[113]) codd.: pro malis; Peteri coniecturam „prope" alii defendant, ipse contendo „pro" librarii errore pro „prae" scriptum esse. uertas: „vor lauter Unfällen ermüdet." multa alia exempla huius dictionis habes apud H. l. c. — compendia uocabulorum

Sine.

Draeger. I² p. 638, 2. § 288. Max. 10, 6: sine iudicio, s. accusatione, s. delatore s. defensore omnes interemit; Pius 7, 5; Marc. 4, 10; 10, 4; 6, 8. — plura praebent lexica; — duobus locis praepositio quae est sine falso omittitur in BP.; Pius 13, 4: solusque omnium principum sine ciuili sanguine et hostili — uixit; — Gall. 6, 6: non sine atrabaticis sagis tuta res publica est? —

Coram.

H. II. p. 130. Aurel. 49, 3: ministros peccantes coram se caedi iubebat; uertas: auf der Stelle. —

Pro.

H. IIII. p. 580. Aurel. 27, 4: pro nobis sunt Saraceni, pro nobis Armenii. —

H. p. 581, 5. Car. 8, 5: in senatu pro se et apud populum facinus diluere; — „pro se“ hoc loco idem ualet atque: „se defendens.“ —

H. p. 581, 6. Max. 19, 3: Capelianus uictor pro Maximino omnes interemit; — Marc. 5, 5: pro Annio Aurelius coepit uocari. —

H. p. 582, 3. Alb. 12, 12: maior fuit dolor quod illum pro litterato laudandum plerique duxistis; — Gord. 21, 5: pro sui admiratione tacendum esse non credidi; — Hadr. 27, 3: templum pro sepulchro constituere; — Geta, 4, 5: pro praesagio fuit; — Prob. 7, 5; — Al. Seu. 51, 4: pro tutore habere. —

H. p. 584, sq. 9. Alex. Seuer. 32, 3: ita ut priuatus pro loco suo posset honeste uiuere; — Cass.

---

quae sunt „prae“ et „pro“ in codicibus manuscriptis saepe commutata esse sat constat; — cf. supra Tac. 11, 2. —

12, 7: uiuant in patrimonio pro parte (= ex parte) donato; — Marc. 26, 10: Marcum pro clementia occidi passus est; — Aurel. 49, 8: eunuchorum modum pro senatoriis professionibus statuit; — Hadr. 7, 9: patrimonium pro liberorum modo expleuit. —

H. p. 585, 10. Diad. 2, 1: habete igitur pro imperio aureos ternos pro Antonini nomine aureos quinos; — Cass. 12, 2: habetis pro gratulatione generum meum consulem; — Marc. 7, 9: pro rata; —

H. p. 586, 11. Saturn. 10, 2: non cibus prò uoluptate non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio non arma pro studio. — rariora haec sunt: Diad. 3, 1: supplicatio pro Antonini nomine celebrata est; — Comm. 9, 8: pro te timuimus; — Auid. Cass. 14, 6: nec sentit pro republica; cf. Gell. V. 10: si iudices pro causa mea senserint; — Gord. 24, 6: neque enim quisquam ferre potuit — liberatos pro libidine atque mercede quos non decebat; — Max. et. Balb. 11, 3: deuotio Aquileiensium pro Romanis; — Maxim. 33, 1: Aquileienses contra Maximinum pro senatu fuerunt; — contra Gall. 14, 1: haec quidem Heracliani ducis erga remp. deuotio fuit; — omittitur praepositio ubi uix non desideratur: Prob. 9, 5: pugnauit etiam contra Palmyrenos Odenati et Cleopatrae partibus Aegyptum defendentes; — teste Jord. tantum B „pro“ omittit.

[114]) pro adn. cum desideratiuo? Verus 4, 3: iam primum enim Marcus ad milites est locutus et pro consensus imperio.... Heliog. 26, 8: mittebat parasitis pro cellarios salarii annua uasa; ita BPM teste Jordano, teste Petero exhibent: cellario, utri credendum est? — C. I. L. VI. 461: pro salutem et uictorias, = Orelli 2360; 3413: pro salutem; = Gruter 46, 9; 4, 12; — cf. Rönsch.² p. 412 et. 480. adn. — cf. H. IIII. p. 588. Pott. l. c. p. 535. —

Ex.

H. II. p. 616, 1. Marc. 1, 4: ex Succubitano municipio ex Spania factus senator; — Ver. 1, 9: origo eius paterna ex Etruria fuit, materna ex Fauentia; — Max. 24, 3: ex Aquileia in castra traductus; — cf. Plin. h. n. 34, 7, 18: Apollo translatus ex Apollonia; — Max. 25, 2: ex Aquileiensi Romam missus. —

H. II. p. 618, 7.[115]) Prob. 3, 1: oriundus e Pannonia; — Max. 1, 5: e Gothia ex Halanis genitus; — Marc. 25, 11: Cyrrus ex qua erat Cassius. —

H. p. 617, 3 et 4. Ver. 9, 11: depositus e uehiculo: — Alex. Seuer. 15, 2: abicere ex aulico ministerio; — Marc. 19, 6: ex omnium dedecorum conluuione concretus. —

H. p. 619, 8. Marc. 22, 5: durus ex philosophiae institutione. —

H. p. 619, 11. Marc. 13, 6: lapsus ex arbore cf. Curt. 8, 11, 2. —

H. p. 620, 13. — Ver. 10, 9: calycem nomine Volucrem ex eius equi nomine; — Max. et Balb. 5, 2:

---

[115]) praepositionis „ex“ cum terrarum et urbium nominibus exempla pauca profert Hand. l. c. quamobrem non superuaneum puto plura indicare. quae Plautina secuntur conlegit Kampmannus l. c. Capt. 5, 4, 8; ib. u. 17; — Poen. prol. 93; — Pers. 4, 3, 53; ib. 71; — Stich. 1, 2, 95; 2, 2, 43; — Pseud. 2, 4, 47; — Bacch. 2, 3, 2; 3, 2, 5; 3, 6, 32; — Curc. 3, 6, 9; — Pers. 4, 3, 28; — Truc. 2, 6, 55; — Bacch. 4, 1, 2; — Truc. 2, 6, 58; Trin. 3, 3, 41; 4, 2, 3; — Pseud. 4, 7, 78; — Truc. 2, 6, 49; Bacch. 4, 9, 135; — qui exempla uelut Bacch. 4, 9, 135: ecfertur praeda ex Troia“ aliaque considerauerit, facile perspiciet falsam esse Handii opinionem l. c. sub. I. 1. dicentis: „id tantum notamus hanc praepositionem non poni ante nomina urbium et insularum uel locorum eorum qui instar sunt oppidorum.“ —

hunc suscepit ex uxore Prima; — Alex. Seuer. 33, 3: ex sese defensores dedit. —

H. p. 623, 18. Pertin. 1, 1: nomen ex continuatione lignariae negotiationis imposuisse fatetur; — Pertin. 9, 5: ex uersu Luciliano mergus appellatus; — Comm. 11, 8: ex signo ipsius adulatores uocabant; — 11, 9: Amazonius uocatus est ex amore concubinae; —

H. p. 623—4, 19. Diad.: multi ex adfinibus Antonini; Marc. 24, 3; Marc. 2, 5; — Prob. 2, 1: usus autem sum ne in aliquo fallam carissimam mihi familiaritatem tuam praecipue libris ex bibliotheca Ulpia, aetate mea thermis Diocletianis et item ex domo Tiberiana, usus etiam ex regestis (ita BPM.) porticus Porphyreticae, actis etiam senatus ac populi; [116]) —

H. p. 625, 20. Marc. 7, 11: flaminem ex adfinibus et sodales ex amicissimis creauere; — 27, 10:

[116]) „ex" deleuit Casaubonus cui editores ceteri adstipulantur; sed si quid recte perspicio iniuria. eadem enim ratione qua ante uerba: „ex domo Tiberiana" ante: „ex regestis" quoque uocabulum „libris" tacite supplendum est. „regestis" deinde pro „rebus gestis" dictum esse uidetur. plura huius generis apud alios quoque latinitatis cadentis scriptores inueniuntur, uide exempla apud Rönschium. l. c. — interpretandum autem uidetur per: „Kriegsarchiv." — atqui totum locum uerterim ita: „Benützt aber habe ich — ich möchte ja in Nichts dein mir so ausserordentlich theueres Zutrauen hinter's Licht führen — vorzugsweise die Werke aus der Ulpischen Bibliothek, die sich nunmehr in den Diocletianischen Bädern befindet, und ebenso die Werke im Palais Tiberius, ferner auch die Bücher im Kriegsarchive der Porphyretischen Gallerie, dann auch die Senats- und Volksverhandlungen." — Bährens in annalibus phil. tom. CIII. p. 663. coniecit: „ex re regestis" reuocans legentem ad Hor. sat. II. 6, 78; ubi legitur; „uita ex re praeberi sumptus mihi crederet illos." quid uero locus Horatianus cum illo Vopisci commune habeat, uideant sagaciores, ipse non adsequor. ceterum coniectura Bährensii l. c. nihil clarius fit. —

si prouincias ex his fecisset. — contra uide „facere de“ supra sub „de“. —

H. p. 625, 21. Gall. 17, 6: ex uno uino duo pocula bibit; — (ex = ἀπό) cf. Curt. 6, 7, 13. —

H. II. p. 634, 37. Diad. 3, 1: fecit simulacra ex auro. —

H. p. 636, 40. Marc. 19, 7: multi ferunt Commodum omnino ex adulterio natum; — Comm. 7, 5: ex sorore genitus; — Pert. 8, 10: ex omnium continentia uilitas nata est; — contra in u. Gord. 2, 2: natus est patre (M ex p.); — Aurel. 1, 3: ex eius origine sanguinem ducere; — Trig. t. 21, 1: ex illa familia d. originem; — Claud. 13, 2: ex ea genitus; — cf. contra Valer. 3, 2: alia matre genitus. —

H. II. p. 643, 50.[117]) — Geta 4, 4: spe proscriptionum **ex** quibus ditati sunt; — Macr. 2, 2: rumoribus **e** quibus premebatur;[118]) — Al. Seu. 41, 7: qui eos **ex** ouis ac pullicenis ac pipionibus alerent; — 15, 3: malum esse imperatorem qui ex uisceribus prouincialium homines non necessarios pasceret; — Heliog. 30, 6: Sybariticum missum semper exhibuit ex oleo et garo; — Heliog. 5, 1: acceptior forma quam e moribus. ita exc. —

H. 643, 51. Seuer. 14, 5: Plautianum ex amicissimo cognita eius uita odio habuit; — Com. 6,

---

[117]) H. l. c.: „deprauatae latinitatis (dicendum erat: sermonis plebei) est quod instrumentum exprimitur hac praepositione. antiqui scriptores uel ablatiuum simplicem uel per usurpabant.“ —

[118]) cf. Fronto p. 42, 19. Nab.: ex summis opibus premere; — Gell. 7, 3, 47: ex summa ope niti; — Florus I. 3 (p. 12, 17 Jahn.) ex summo studio adnisus est. ita cod. Nazar. cf. graecum ἐκ παντὸς τρόπου. — Cassius Felix: ex aequali modo, 11, 1; 54, 12; 98, 9; 107, 19; 149, 21; cf. Plautinum: ex summis opibus. —

3: Cleandrum ex cubiculariis subrogauit; — Max. 8, 1: Maximinus e corpore militari Augustus ab exercitu appellatus; — Trig. t. 8, 1: Marius ex fabro ferrario triduo imperauit; — Claud. 9, 5: factus miles barbari colonus e Gotho; — cf. Terent. Andr. 1, 1, 10: feci ex seruo ut esset libertus mihi; — Hadr. 8, 7: cum Attianum ex praefecto praetorii (h. e qui praef. p. fuit) ornamentis consularibus praeditum, faceret senatorem; — Alb. 10, 6: Afro quidem homini sed non multa ex Afris habenti; — Comm. 7, 6: (interemit) et post eos sex simul ex consulibus (i. e. qui consules fuerunt); — Al. Seu. 31, 2: neque umquam quemquam nisi praefectum suum uidit et quidem Ulpianum ex assessore semper suo; — 33, 1: fecit Romae curatores sed ex consulibus uiros quos audire iussit etq.; — Gord. 7, 2: filio ex consulibus sibimet dato; — 22, 1: Augustos appelauit, ambos ex consulibus; — 22, 8: ante ipsam aram a Gallicano ex consulibus et Maecenate ex ducibus interempti sunt;[119]) — Maxim. 20, 1: Maximum Pupienum ex praefecto urbi imperatorem creauit;[120]) — Prob. 13, 1: proconsules cre-

[119]) Casaub. II. 112, b: nouum est illud genus loquendi: „ex consulibus“ pro „exconsule“ siue „uir consularis.“ Graeci retinuerunt et dixerunt: ἀπὸ τῶν ὑπάτων, ἀπὸ ὑπάρχων et similia. non erraueris fortasse si „ex ducibus“ exposueris, qui ducum unus erat, si „ex consulibus“ ita fueris interpretatus: qui erat consulum alter; nam Gallicanus consul tum non erat sed paulo ante fuerat ut ait Herodianus;“ — Salmas. ib. 112—113, b, a: „non tam noua haec locutio ut uideri uolunt.. . „Maecenas ex ducibus“ non est dux, sed qui dux fuit;... Herodianus στρατηγικὸν appellat hunc Maecenatem, hoc est ex ducibus; sic ὑπατικὸς exconsulibus.“—

[120]) ex talibus etiam uocabula declinabilia coaluerunt ut „exconsul“ Isid. or. XV. 13, 13; apud Augustinum: exaduocatus, excurator, exduumuir; apud Gregor. M.: expresbyter,“ in cod. Iust.: „excubicularius;“ „expraefectus“ apud Auson.

arent, legatos ex (om. codd.) consulibus darent; conr. Salm.; — Gall. 20 (2) 3. extr.: cum ex tacitis (ex. om. BPM.) militibus uiri detrimenta pertulissent.[121]) —

H. p. 651, 1. Marc. 10, 12: cum ante non nisi ex lege Laetoria darentur. —

H. p. 657, 6; — Marc. 17, 5: ut reliquias belli ex sententia persecutus; — cf. Dictys Cret. 1, 4; — Cic. ad Att. 5, 21; — Plaut. Aul. 4, 43; Capt. 2, 2, 97; 2, 38, 7; — Pers. 1, 1, 10; Cist. 1, 2, 7; — Men. 2, 2, 1; 5, 7, 30: 5, 9, 89; — Mil. 4, 4, 1; Merc. 1, 1, 93; 2, 2, 36; Pseud. 2, 4, 71 sq.; — Pers. 1, 1, 18; Rud. 5, 3, 9; Truc. 5, 69, ib. u. 72. —

Hand. p. 651, 1. Comm. 15, 1: omnia ex nutu facere; — Al. Seu. 27, 5: ex iussu; — Heliog. 7, 7: se ex responso purificare; 7, 8; — Heliog. 30, 7: statim destruxisse ne ex usu balneas haberet;[122]) — Max. 14, 2: ex senatus consulto in Africam missus; — cf. contra Flor. 1, 1; non senatus auctoritate sed suo motu. —

---

[121]) Salmas. II. 246, b; „facile est diuinatu prius fuisse „taciti ex militibus," ex militibus uiri sunt uiri consulares. — frusta conatur Hand p. 651. Salmasium refellere cuius coniectura exemplis a me congestis fulcitur; — Hoffmannus l. c. p. 398: „ex cum substantiuis munus indicantibus his coniungitur: C. I. L. VIII. 989, 4: exadiutore; 8899: excuratore (sic!); ex agente in rebus 989, 3; — 1647, 4: ex equite Romano; 669, 8: ex mun(erario). cf. adn. titulo subiectam. —

[122]) caue confundas locum hunc cum iis quos Handius p 661, citat; nam „ex usu" in adlato exemplo non significat: quod ad usum adcommodatum, quod utile sit, quod conducat, sed uolt idem atque nostrum: „schon gebraucht," uerterim: „liess er ohne weiters niederreissen um keine gebrauchten Bäder zu haben." —

adn. [123]) „ex" **cum desideratiuo?** Aurel. 50, 3: serui ex senatus sententiam manumissi; — cf. Rönsch.[2] p. 410; —

e loco. — Aurel. 30, 4: cum illum Carpicum senatus absentem uocasset, mandasse e loco fertis. — conrexit Salm. B: mandasset loco; P mandasse loco; — m. illico M. — recte conrexit Salmas. „e loco" idem ualet atque „statim" αὐτόθεν i. e. auf der Stelle, sogleich. serbice: s'miesta. „e loco" et „illico" a librariis saepe commutata esse, constat. cf. H. II. 364, s. u. „e loco," cf. ib. p. 630; „ex loco" sermonis uolgaris esse comprobant loci Plautini, Asin. 1, 2, 4: ex hoc loco ibo (i. e. statim, illico); Truc. 2, 4, 89: iam modo ex hoc loco iubebo ad istum quinque perferri minas. —

adn. 124) „ex" **cum genetiuo,** Max. 16, 1: consul ex Africae. ita BPM, cf. Rönsch.² 442. —

Praepositiones quae cum desideratiuo et ablatiuo coniunguntur.

In.

H. III. p. 245, 1. Ver. 8, 2: nata fertur pestilentia in Babylonia. ubi de templo Apollinis—spiritus pestilens euasit; — H. p. 246 (supra). Helius 3, 2: in Pannoniis dux et rector impositus.[125] —

H. p. 246, 2.[126]) (in omittitur in terrarum nominibus.) Trig. t. 12, 17: (uirtus) senescentis Illyrico et Dalmatia

[125]) B[1] exhibet: et in Pannonis; B[2]P: et Pannonis; scriptura codicis B[1] defendi potest. „in Pannoniis" dictum est pro: „in Pannonia" ut in omnibus quod sciam, linguis populorum nominibus terrae designantur. —

[126]) locatiuus pro ablatiuo cum praepositione „in" cum terrarum nominibus coniungitur: Marc. 22, 11: compositae res et Hispaniae quae per Lusitaniam turbatae erant. — et hispania BP. in h. M. edd. — Comm. 13, 5: Britanniae imperium eius recusantibus prouincialibus (scl. restitutum). — Aurel. 48, 4: Etruriae per Aureliam usque ad Alpes ingentes agri sunt. — Gord. 31, 1: Asiae dum haec geruntur Argunt Scytharum rex finitimorum regna uastabat. BP: asne. M. Petschenig l. c. p. 56. emendauit. Trig. t. 20, 3: et ille paucis diebus („cum in" suppl. Peter) Illyrico imperasset occisus est. — „in" quod Peter addit uidelicet superfluum est. — ablatiuus cum praepositione pro locatiuo legitur Gord. 14, 7: quae gesta cognoui uel in Africa uel Roma. BP.

comprobata est. ita BP. — Aurel. 3, 1: ortus Dacia ripensi; — 3, 2: Moesia genitus; — eundem usum obseruari licet apud Vitruuium, 2, 6, 5: Achaiā, Asiā; 4, 1, 3; 4, 5, 2; — 6, 1, 1: Aliter Aegypto, aliter Hispania, non eodem modo Ponto; — 7, 7, 2; 8, 3, 12. —

H. p. 249, 3. Tac. 8, 3: ac ne quis me temere Graecorum alicui Latinorumue aestimet credidisse habet in bibliotheca Ulpia in armario sexto librum elephantinum.[127]) —

H. p. 250, 5. Heliog. 3. 1 (extr.) ad numen Antoninum quod non solum titulo ut in Diadumeno fuerat sed etiam in sanguine redditum uidebatur.[128]) —

H. p. 254, 2. Hadr. 1, 2: primus in sua familia senator populi R. fuit. —

H. p. 256, 14. Heliog. 20, 1: equestrem ordinem in nullo loco habere; — Heliog. 21, 1: h. leopardos in deliciis. —

H. p. 258, 15. Ver. 7, 9: nomina, quae in exercitu acceperat; — Max. 15, 1: interfectus est Sabinus in populo. —

H. p. 260, 19. cf. Rönsch². p. 397 Comm. 9, 2: accepit statuas in Herculis habitu; — Comm. 16,

---

127) „in" uulgo omissum ab editoribus Berolinensibus uncis secluditur. Peter locum intactum reliquit, uidelicet „habet" pro „exstat" excipiens, cui interpretationi desideratiuus: librum elephantinum" repugnat. si me audis, legas: „habent" et omnis obfensio sublata est. —

128) Casaub. I. p. 795: „dele „in" ut probat praecedens periodi membrum." — minime, immo „in" ante titulo inserendum censeo, quod facile post „m" praecendis uocabuli excidere potuit. adde quod praepositio magis quadrat ad ingenium scriptoris saeculi quarti ineuntis quam ablatiuus qui instrumentalis uocatur. multa huius usus exempla conlegit Rönsch.² p. 396 sq. —

6: in pullis uestimentis praesidens; — contra cf. 13, 4: cum ueste; — 11, 9: ex amore concubinae suae Martiae quam pictam in Amazone diligebat.[129]) —

H. p. 261, 20. Marc. 12, 10: in triumpho uehere; — Marc. 18, 1: in amore omnium imperare; — Pius 2, 11: clarus in omnibus locis; ib. 10, 4: auaritiam in mercedibus notare; — ib. 12, 7: alienatus in febri; — Alex. Seuer. 9, 4: in turpitudine atque luxuria Nerones uincere; — ib. 19, 2: ita ut postea in ultimum locum reicerentur ciuium in condemnatione adhibita; — edd. „in" delent, iniuria cf. H. loco indicato. —

H. p. 264, 26. Maxim. 6, 1: in se simulacra bellorum agere.[130]) —

H. p. 264, 27.[131]) Trig. t. 20, 2: par in ambobus fortuna; — A. Seuer. 39, 2: usus Veneris in eo moderatus. —

H. p. 265, 30 sq. Macr. 13, 3: in uernaclis uel aulicis tam impius tam pertinax tam asper fuit. —

H. p. 271, 36. Trig. t. 18, 11: (epistula) in qua docet; — Tacit. 8, 1: (liber) in quo perscriptum. —

H. p. 273, 37. Aurel. 5, 1: multa superflua in eodem (i. e. apud Callicratidem Tyrium) legisse memini. —

H. p. 272, 38. Alex. Seuer. 56, 7: potentissimum regem tam in re quam nomine fugauimus;[122]) —

---

[129]) nostrates: abgebildet als Amazone, in Amazonentracht; — Casaubonus I. 507, b: „scribe: in Amazonem." — Salmasius ibid.: scribit uir doctissimus „in Amazonem," nihil opus; „picta in Amazone" latine et eleganter dictum." — eleganter dictum esse exempla a Handio p. 260 sq. conlata nimime probant.

[130]) Madvig in adu. II. 640. coniecit: „inter se s. b. a." non perspecta ui locutionis. —

[131]) **H. p. 265, 29.** Auctor b. hisp. 66, 4: suffigere in cruce; 30, 2: adpropinquare in. —

[132]) male Jordan proposuit: „iure." —

Aurel. 36, 3: filiam sororis occidit non in magna neque in satis idonea causa. —

H. p. 275, 42. Gall. 17, 5: bibit in aureis semper poculis.[133]) —

H. p. 276, 44. Claud. 14, 3. extr.: argenti in opere annua pondo—item (14, 4) in cauco et scypho pondo undecim. (bis).[134]) —

H. p. 278. sq. 48. Did. Jul. 3, 6: Cornelium Repentinum fecit in locum Sulpiciani. cf. Iust. 12, 12, 9; — contra Maxim. 26, 4: in loco Maximini Gordianus sufficiatur, cf. Aurel. Vict. epit. 33, 1. —

H. p. 279, 1. sq. Trig. t. 1, 1: temporum series in qua; — Claud. 13, 3: in primis annis; — Maxim. 11, 1: in die; — Gord. 6, 9: quinto in die; — cf. C. I. L. VIII. 646, 8; 446, 11 sq. cf. Hoffmann., l. c. p. 372. —

H. p. 284, 5. Marc. 1, 1: in omni uita philosophari; — Heliog. 6, 3: in certamine curuli socios in omni uita et actu participes habuit; — Gord. 31, 4: in uita iucundus in litteris grauis. —

---

[133]) cf. Senec. Agam. 878: merum in auro ueteris Assaraci trahunt; — Amm. Marc. 26, 4: humanum sanguinem in ossibus capitum cauis bibentes auidius, collato Flor. III. 4, 2; cf. Graecum: ἐν κέρατι πίνειν, ἐν λαγύνῳ πίνειν, et nostrum: „Wein in Flaschen trinken." —

[134]) Salmas. II. p. 382. a.: „argentum in opere" uocat argentum operatum, quod uetustiores „factum" apellabant. sic calices in gemmis gemmatos calices appellat idem Anastasius, ut marmora in exemplis marmora exemplata, argentum igitur in opere est argentum factum." — recte uir doctus, cf. Suet. Galb. 8: ut secum uehiculo proximo decies sestertium in auro efferret; — Tib. 49: quod partem rei familiaris in pecunia haberet; — ita nos quoque: fünfzig Gulden in Gold, in Silber. —

H. p. 291, III. — cf. Rönsch². p. 407. — Heliog. 32, 3: in myrrinis et onychis minxit. —

H. p. 407 et 294, 2; — p. 297; — cf. Rönsch². p. 406. sq. Aurel. 5, 3: pallium quod in honore eius pansum fuerat; — Trig. t. 4, 1: appellatus in eius honore Caesar;[135]) — Comm. 8, 7: in publico processit; — 13, 1: uersus in eo multi scripti;[136]) — 6, 9: in senatu lecti; — Pertin. 2, 5; Seuer. 4, 3: in odio uenire; — Maxim. 31, 3: ingressi in eam urbem in qua se contulerat; — Aurel. 7, 6: stipendium in balteo non in popina abeat; — Maxim. et 5, 3: carnem aquila in cella eorum proiecit; — Maxim. 8, 1: filio sibimet in participato dato; ita B. — Comm. 20, 5: malum in republica iucubuit; — Trig. t. 7, 2: (sepulchra) in quibus (titulus) est inscriptus; — Tac. 2, 3: dicenda est tamen causa tam felicium morarum, et speciatim in monumentis publicis inserenda, eadem [in] posteros humani generis stupenda moderatio;[137]) — Alb. 9, 2: uenturum quidem in potestate eius Albinum; — contra: Poll. in uita Claudii 15, 2: habet in potestatem

---

[135]) male Maduig in aduers. II. p. 644 - 5: „in eius honorem" scribendum censet. — fortasse respexit Pii 8, 1: puellas in honorem Faustinae Faustinianas constituit; — de „in" praepositione cum ablatiuo pro desideratiuo iuncta, iam uiri docti qui multum ante nos fuere, copiose egerunt, ut Gronouius ad Macrob. Somn. Scip. I. 4; Scheffer. ad Jul. Obsequ. 71; Corte ad Sall. Cat. XLII. § 3. —

[136]) M: in eum. ita et edd. berol. —

[137]) Maduig in aduers. II. p. 648. ignorans horum scriptorum dicendi genus monet aut „inserere monumentis" aut „in monumenta" dicendum esse, deinde proponit: „seruanda ad posteros" quae uerba in textum inculcata se ipsa exulant. — si uero alterum „in" a me propositum recipis, omnia, nisi fallor, apte quadrant. —

Thracios et Moesos; — Hadr. 22, 11: adhibitis in consilio suo consulibus. —

H. p. 299—301, 1. Hadr. 2, 5: Germaniam superiorem translatus est; — „in“ ante „Germaniam“ add. P³V. — Marc. 3, 1: tantum autem studium philosophiae in eo fuit, ut adscitum iam imperatoriam, tamen ad domum Apollonii discendi causa ueniret; — ita BP¹. exc.¹; iam in imp. P³M; ad imp. exc.² — Ver. 7, 1: ita ut Babylonem et Mediam peruenirent; — Seuer. 7, 1: inde Palatium perrexit; ita BPM. — 22, 6: ciuitatem ueniens; — Max. 13, 5: quicunque iudicium uenissent; — ita P¹. — Heliog. 12, 3: ingressus castra uel curiam; B¹: in curiam; — Al. Seu. 55, 1: magno apparatu Persas profectus; ita BPM; — 63, 5: orientem uult redire; — Claud. 11, 3: cum se Haemimontum multitudo barbararum gentium contulisset; — M: in Haemimontum; — Gall. 2, 5: Asiam uenit; — 4, 7: Bithyniam inuaserant; — Gord. 26, 4: fecit iter Moesiam; — Trig. t. 21, 1: Thessaliam concessit; — Saturn. 8, 4: cum Aegyptum uenerit. —

H. p. 301, 3. Maxim. 10, 2: cum ponte iuncto in Germanos transire Maximinus uellet. = Herod. VII. 1, 7: τότε τοίνυν τὴν γέφυραν ζεύξας ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. —

H. p. 303, 5. Heliog. 24, 5: rursusque in summum reuoluebat. —

H. p. 304, 8; — Pescen. N. 9, 1: uitas mittit in libros: Auid. Cass. 3, 3; Seuer. 16, 4; — Trig. t. 31, 11: in litteras datum; Claud.: in litteras digerendus est; M: in litteris; — Al. Seu. 40, 11: cum

<in> asperitatem adderetur rigor;[138]) — Geta 6, 7: quo quidem tempore Heluius Pertinax, qui postea est ab eodem Bassiano interemptus, recitanti Faustino praetori et dicenti: „Sarmaticus maximus et Parthicus maximus“ dixisse dicitur: „adde et Geticus maximus“ quod dictum altius interreptus Bassiani descendit;[139]) — Carac. 5, 8: ita ut <in> scapham cum protectoribus uix descenderet.[140]) —

H. p. 308, 12. Ver. 10, 6: fronte in supercilia adductiore uenerabilis; — Heliog. 5, 4: posterioribus in subactorem reiectis. —

H. 309, 5; cf. Draeg. I[2]. p. 654. Alex. Seuer. 26, 9: in matrem pius; — Claud. 11, 6: in praedam uersi sunt.[141]) —

H. p. 310, 16. Heliog. 11, 2: promptus in Venerem. —

H. p. 312, 20. Comm. 5, 11: in sexum utrumque pollutus; — Marc. 3, 9: liberalis in alqm.; — Trig. t. 11, 1: in Illyricianos exercitus regens, ita BP.; — Gord.

[138]) M: asperitati; Salmasius coniecit: ad asperitatem; — „in“ ipse inserui. cf. Cic. ad Att. I. 13, 5; Nep. Cat. 2, 3; — Ouid. Met. 8, 484. —

[139]) ita BP[1]. MP[3]: in pectus. Peter coniecit: „intra pectus“ quod minus quadrat ob grammaticam rationem quae contra est; — in antecedentibus Spartianus crudele facta Bassiani eiusque permulta scelera enarrans, in loco deprauato sine dubio adiectiuum addidit, ut pectus quale fuerit clarius describeret; non est opus multis ambagibus, legas: „in ferum pectus“ quod per compendium exaratum fuisse suspicor. —

[140]) „in“ omisit B.[1] tamen restituenda uidetur particula quae in codicibus post „ut“ saepius excidit. —

[141]) C. I. L. VIII. 60, 6: ob parem in uniuersos aequitatem; — 1296, 15; 1646, 9; 980, 5—6: liberalitates in rempublicam. 210, 3; 1495, 4—5; 1175, 6—8. —

30, 8: in Gordianum irae erant; — Diad. 5, 6: nutrix se in leonem misit; — Heliog. 15, 4: insidias in dies Caesaris propagabat; — Marc. 24, 9: nec <in> eius affectus saeuit;[142] — Aurel. 6, 4: ut ballistia et saltatiunculas <in> Aurelianum componerent;[143] — Tac. 2, 3: causa in monumentis publicis inserenda eadem <in> posteros humani generis stupenda moderatio;[144] — Auid. Cass. 1, 4: in diuum Julium conspirauerant. — cf. Ver. 7, 5; BP^{1}M. ciuilium. P^2: c. iulium, uolgo: in curia in Julium; correxit lepide Gemoll in program. Wohlauensi anni 1876. p. 5. —

H. p. 313, 21. Did. Jul. 2, 1: curam alimetorum in Italiam meruit. —

H. p. 319, 27. Marc. 10, 2: in senatus honorificentiam delegauit; — Gall. 10, 2: bellum Persis in uindictam Valeriani indixit; — Alb. 12, 1: amatus est, quantum nemo principum in odium speciatim Seueri; — 14, 6; Max. 13, 3; Trig. t. 22, 5; Pesc. N. 3, 1; —

[142]) BPM „in" omittunt. — Salmas. I. 385, a: „mirus librorum consensus in retinenda lectione quam iam pridem explosere uiri docti: „nec eius affectus saeui" quod prius erat scriptum: „nec affectus eius saeuiit;" — „saeuire aliquem" pro „saeuire in aliquem" loquendi forma illo saeculo usitata; incertus auctor in Magni Alexandri uita, qui sub Constantio uixit, de Bucephala: „eiusmodi pabulum saeuit" pro: in eiusmodi pabulum." — fortasse iure scriptura tradita in BPM tali ratione defendi posset nisi alia exempla ex his scriptoribus petita repugnarent: Auid. Cass. 7, 5: nec in eius liberos et affectus saeuit; Trig. t. 26, 5: ne in eos saeuiret. Comm. 4, 11. —

[143]) codd. om. „in."

[144]) „in posteros" uolgo. Eyssenh. „posteris," Peter suspicatur: „ea et posteris;" excidit uero post „m" facile „in" quae praepositio hoc loco eandem habet uim quam praepositio quae est „erga." —

cf. Ouid. met. 14, 71; — Heliog. 1, 5: Antonini nomen sibi adsciuerat in argumentum generis; — Comm. 7, 1: in Attali gratiam est occisus; = Trig. t. 18, 12; — Claud. 3, 1; — Trig. t. 11, 1: exercitus regens in contemptu Gallieni.[145]) —

H. p. 331, 32. Alex. Seuer. 33, 3: in signa aut ad apparatum deputabat; — Al. Seu. 39, 6 = 41, 6: uectigalia publica in id contraxit; — Per. 11, 9: in iram et in timorem milites adduxit. —

H. p. 323, 37. Alex. Seuer. 53, 7: lauant Graecorum in morem; ita Peter. P: morem, M: more. —

H. p. 324, 39. Max. 29, 1: ad matrem suam scribit in haec uerba. —

H. p. 328, 45, cf. p. 450, 2 sq. Ver. 6, 4: in uicem hordei in praesepe ponebat; Heliog. 21, 5: —

H. p. 330, 51. Alex. Seuer. 26, 7: instituerrat septa in lato pedum centum in longo pedum mille. —

H. p. 334, 59. Alex. Seuer. 20, 2: sin minus bene factum esset aliquid etiam ipse conuinceret idque in factum et sine amaritudine pectoris;[146]) — Aurel. 11, 6: ut non in <uanum> uinum aut annona consumatur;[147]) — Aurel. 47, 4: in inritum uenire. —

---

[145]) ita test. Jord. codd. — quae Maduig in aduers. profert ut lectionem: „contemptum" uolgo quae est defendat, non sunt digna quae pluribus reffellantur. —

[146]) in factum BPM. Peter uidelicet locutionis ui non cognita temere „sine fastu" quae uolgo leguntur recepit; „in factum" idem est atque „de facto" quod recentioribus in usu erat. —

[147]) Maduig in aduers. II. p. 647: „in uanum (in uanum unde Galli en vain) pro aduerbio frustra coeptum est dici hac aetate, quemadmodum olim in cassum (in totum, in tantum, in commune, in reliquum) apud Senecam: in superuacuum. atque ipsum in uanum prope eodem modo positum reperitur apud eundem

H. p. 334, V. 1. Comm. 3, 9: potare in lucem; — Ver. 4, 8: trahere cenam in noctem; — Hadr. 7, 9: ita ut plerisque (patrimonium) in diem uitae suae dimensum sine dilatione praestiterit. cf. H. p. 339, 9; — cf. C. I. L. VIII. 217, 12, 17: in diem operis perfecti (= usque ad; Draeger. I², 655) cf. Hoffmann l. c. p. 120. —

H. p. 345—50, VI. 1. Claud. 15, 2: habet in potestatem Thracios; — Aurel. 4, 6: in aram posuerit; cf. H. p. 307; — ablatiuum habes e. c.: Comm. 18, 5; Diad. 5, 2: pluribusque aliis locis; — Tac. 9, 2: statuam ponendam in curiam;[148]) — Cass.: seditio in exercitum orta est; — M: exercitu; — Ver. 4, 7: iaciebat et nummos in popinas maximos quibus calices frangeret; — Marc. 27, 5: collegam in tribuniciam potestatem iunxit; — Pesc. N. 5, 2: nec in senatum quicquam de Nigro Seuerus dixit; — Max. 23, 3: in conspectum Maximini a militibus occisum; — ita P.; — Seuer. 12, 8: Commodum in senatum et contionem laudauit; — Ver. 9, 3: ut in uitam Marci diximus; — Tac. 3, 2: cum in curiam ordo consedisset; — Aurel. 41, 3: cum in curiam conuenisset; — Heliog. 32, 1: naues mersit in portum; — Pert. 9, 6: multi eum in prouincias sordide se egisse rettulerunt; ita B.; — Geta 6, 3: ita ut utriusque ordinis

---

Senecam de tranquilitate an. 9, 3: ut tela in uanum cadant; et epist. 31, 4: in uanum operosos." — rem acu tetigisse uidetur uir doctus. post „in" addit B³: cassum, librarii coniectura pro rariore „in uanum" supra lineolam uel in margine adscripta postea in textum inrepsit; uanum uero facile excidit cum sequatur „uinum." —

[148]) sic B. cuius scripturam seruandam esse suadet non modo exemplum antecedens, sed etiam multa alia, quibus edocemur uerbum ponendi in sermone plebeio cum accusatiuo construi, exempla Plautina praebet H. p. 307, 11. —

uiri et in balneum (ita BPM.) et cenantes et in publico percuterentur; — Valer. 2, 2: in conuentus summorum uirorum recitato senatus consulto;[149]) — Maxim. 24, 6: quae in urbem ingentem laetitiam fecerunt;[150]) — Seuer. 9, 4: Antiochensibus iratior fuit, quod et administrantem se in orientem riserant; — Trig. 12, 12: rebus in orientem derelictis; — 18, 8: plenum est in Illyricum; — Gall. 4, 9: in Siciliam bellum exstitit; — Aurel. 39, 7: populos in Moesiam collocauit;[151]) — Pius 9, 4: lues in Arabiam fuit. ita P. teste Jordano; — ib. 5, 5: in Achaia etiam atque Aegyptum;[152]) — Seuer. 2, 7: ex quo factum ut in uehicula etiam legati sederent;[153]) — Ver. 7, 10: in Syriam posuisse barbam; — ita P[1]. —

H. p. 351, supra. Ver. 4, 4: ubi in Syria profectus est, ita BP; — Ver 9, 2: cum Libonem legatum

---

[149]) ita BP.[1] tamen crediderim litteram finalem „s“ uocabuli per dittographiam ortam esse, nam pluralis numerus loci tenori repugnat. —

[150]) negat Hand p. 350 sq. Curtium 3, 5, 13 dicere potuisse: Darium quinto die in Ciliciam fore nuntiatur; uel Front. Strateg. 2, 4, 4: Aciem quam is in Achaiam direxerat. fallitur uir doctus. Rönsch in libro citato Hartel in Cypriano alii sat multa huius usus exempla congesserunt, quibus haec ex scriptoribus historiae augustae addo: Pert. 5, 4: in Capitolium uota soluebat. — Gord. 10, 2: Gordiani duo in Africam interempti sunt, ita B[1] (etiam P teste Jordano). —

[151]) teste Jord. codex B exhibet: Moesiam. ita puto et codicem P exhibere, nam non intellegere possum illud „Moesia“ quod in margine Peter adnotauit, uidelicet typothetae errore littera „m“ excidit. —

[152]) ita B[1]P, editores: Aegypto, potius „Achaiam“ scribendum censuerim. —

[153]) ita BP. editores: uehiculo; — conferri potest graecum εἰς παλαιὸν θᾶκον ἵζων Soph. Ant. 987. —

in Syria misisset; ita BP[1]. — Aurel. 6, 3: erumpentes Sarmatas in Illyrico. —

H. p. 351, 2. Prob. 16, 4: orientem petit atque itinere potentissimo quodam latrone capto— Isauriam liberauit; — ita BP.; — Alex. Seuer. 27, 4: matronas intra urbem paenulis uti uetuit, itinere permisit; ita BP.; ib. 22, 6: praesides prouinciarum quos uere non factionibus laudari comperit et itineribus secum semper in uehiculo habuit;[154]) — Marc. 14, 8: uia quoque postquam iter ingressi sunt sedens cum fratre in uehiculo Lucius apoplexi arreptus perit;[155]) — Pescen. 12, 2: maxime tamen historiis Marium et Camillum dilexit; ita BP[1]; — Prob. 4, 5: huic dari iubebis, ut eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas duas;[156]) — Prob. 12, 3: testes Franci inuiis strati paludibus; — Peter.: in inuiis; male Salmasius: in suis; — Trig. t. 23, 5: conuiuio discumbere; — Au. Cass. 2, 4: in causis maiestatis haec natura est ut uideantur uim pati etiam quibus probatur; — Max. et. B. 7, 2: rebus bellicis minor fuerat quam in ciuilibus, P. teste Jord. M.; — Al. Seu. 36, 3: ac ne una tantum causa uideretur crudelior fuisse; ita PM.; Trig. t. 20, 3: cum paucis diebus Illyrico imperasset; — Car. 6, 7: qui post eum inuasit

[154]) Hand t. III. p. 284: non pauca nomina huius generis sine praepositione usurpabantur ab optimis quidem scriptoribus etqs.

[155]) BP: bia quoque; M: uia quoque. Casaub.: ubi autem; Jord.: ibique, Peterus: unaque. — usum hunc unus Salmasius recte perspexit, dicens p. 345, a. I.: „bia pro „uia," nec censeo esse corruptam lectionem, „uia" enim dixit pro „in uia," in uia autem exstinctum esse Lucium omnes consentiunt." —

[156]) false Bährens in annalibus philogicis t. CIII. p. 663. scribendum censet: in incrementis. —

imperium; recte Pescen. N. 5, 1: cum in i. i.; — Marc. 17, 7: tam magnanimus fuit ut centum leones unam missionem simul exhiberet; pro una in missione; — Ver. 8, 8: debacchatus est cum libertis suis quorum praesentia nulla inerat reuerentia; — Tac. 13, 6: huic frater Florianus imperio successit; ita BPM.; — Diad. 5, 6: litteris rettulerunt. ita BP. teste Jordano, teste Petero tantum in B. ita exstat; — cf. Flor. I, 6: in tabulis referre, cf. Rönsch.[2] p. 407; — contra Tac. 7, 5: plerosque litteras rettulisse; — Pert. 1, 5: sed cum ea minus quaestus proficeret; ita B. pro: in ea; — Al. Seu. 12, 5; extr.: milites qui forte incurrerunt aliquid quod uideretur iniustum;[157]) — Alb. 10, 9: est et alia epistula, qua idem Marcus de hoc eodem scripsit cuius exemplum hoc est.[158]) —

H. p. 354, 4. C. I. L. VIII. 980, 570: ob insignes liberalitates in remp. et ciues amorem.[159]) —

---

157) Mommsen coniecit: „cupierunt" quod contra loci sensum est; „incurrere aliquid est committere." Salmas. I. 898. a; — uerterim: „die Soldaten, die sich irgend eine Gewaltthat hatten zu Schulden kommen lassen." cf. Paul. sentent. I. 13, 5: periculum incurrere, Quinque exempla Hartelius in Cypriano praebet. —

158) Maduig in aduers. II. p. 636: quam idem." — locus obfensioni obnoxius non est; poterat Capitolinus ut Treb. Pollio in u. trig. t. 18, 11, scribere: in qua, sed alius sensus esset; hoc enim significat: „in welchem Briefe," illud: durch welchen Brief er ihm schreibt, i. e. mittheilt." agitur in epistula quae sequitur, tota, de moribus Albini de quibus Marcus praefectum suum certiorem facit, non tantum in parte, quamobrem praepositio iure suo deest. cf. Hand. p. 271, 36. —

159) Trig. t. 18, 9: iam in laridum, iam ceterae species in his dandae sunt locis in quibus redundant; editores „in" omittunt. si quid uideo sub IAMIN nihil aliud latet quam: VINVM; alterum IAM autem in OLEVM conrigas. cf. Claud. 14, 3; uerto: „Wein, Speck, Öhl und andere Lebensmittel müssen in Gegenden verabreicht werden, die mit dergleichen reichlich versehen sind." —

Super.

Draeg. I². p. 663. a. 1. Heliog. 30, 4: s. aggerem manere; — super = praeter; — Alb. 2, 4: et s. hoc ad procuratores meos litteras misi; — cf. Liu.: s. haec timor, II, 37; s. bellum premente annona ib 51. —

Draeg. I². 663, 3. Max. 14, 1: hic per rusticanam plebem deinde et quosdam milites interemptus est s. eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant. — codd.: per eos; recepi coniecturam Mich. Petschenigii l. l. prolatam; — Cypr. de sing. cler. c. 10. p. 185 H.: et quod est uenenosius super cuncta psallere delectatur. —

Draeg. I². 664, 4. Alb. 5, 10: quae qui uolet nosse Helium Cordum legat, qui friuola s. huiusmodi ominibus cuncta persequitur; Trig. t. 1, 2; — Car. 8, 4: epistula s. morte Cari; Alb. 10, 5. —

Sub.

Draeg. I². p. 661. b. Marc. 21, 3: execto sub aure tubere; — Carac. 9, 9: uia, quae est sub eius thermis; — Gord. 32, 6: instituerat porticum in campo Martio sub colle pedum mille. —

Draeg. p. 662, e. (de „sub“ = ἐπί cum genet. cf. Rönsch.[2] p. 397;) — Prob. 6, 5: iudicium tradidit sub huiusmodi testimonio; — Comm. 5, 9: concubinas sub oculis suis stuprari iubebat; — Tac. 2, 2: sub iudicio senatus et militum; — cf. C. I. L. VIII. 939: sub cura Alcibiadis; 1212, 37: durare diu sub honore deorum; — Carac. 1, 4: non ille in litteris tardus, non in beniuolentis segnis, non tenax in largitate, sed sub parentibus, uisus; — Pius. 11, 3: orationes sub eius nomine feruntur; — Alb. 3, 3: sub homine optimo et uiro forti posse rempublicam regi; — Pert. 15, 1: sub Seuero

imperatore; Marc. 4, 9; Seuer. 17, 2; Hadr. 3, 8; Car. 8, 3; Macr. 4, 3; 4, 4; Max. 5, 1; 5, 4: sub impura illa bellua militare non potuit; 5, 6; Marc. 24, 6; 15, 2; 12, 2; — Max. 30, 2: scutum eius sub sole arsit; 1, 4; 2, 3; 4, 4; Macr. 3, 1; Alb. 6, 7; Pert. 6, 3: militia sub sene; — Ver. 1, 4; — Tac. 1, 3: sub consulibus interreges fuerunt; — Comm. 12, 12: pugnasse illum sub patre trecenties; — Auid. Cass. 5, 12; 6, 2: hiemem sub pellibus agere; — Max. et Balb. 16, 3: sub his pugnatum est a Carpis contra Medos; — Heliog. 17, 5: si quando ea erant designanda quae sub eo facta uidebantur.[160]) —

Draeg. I². p. 662. f. Car. 4, 9: nec cessauit umquam sub diuersis occasionibus eos interficere; — Seuer. 17, 1: Judaeos fieri sub graui poena uetuit; — Heliog. 13, 8: imperauit sub praemiorum spe; — Auct. b. Afr. 75, 4: milites sub onere et sub sarcinis defatigati. —

Draeg. p. 662. g. Marc. 21, 3: sub ipsis profectionis diebus; — cf. Hadr. 5, 5; ib. 25, 8; Seuer. 23, 6; — peruagari sub hora mortis; — Trig. t. 7, 1: sub eadem hora interemptus est. —

Draeg. I². 662, a. Heliog. 24, 5: parasitos sub aquas mittebat. —

ablatiuus pro desideratiuo: Alex. Seuer. 55, 1: sub ictu teli uersaretur.[161]) —

---

[160]) pro „sub" coniecit „de" Hugo Blümer in: Wissenschaftliche Monatsblätter Regimonti 1877, n. X. p. 157. false uidelicet. cf. Hadr. 20, 8: expeditiones graues sub eo nullae fuerunt; — Pesc. N. 3, 6; Pius 8, 5: usque ad uicensimum annum sub eo peruenit; b. 8, 10: adeo sub eo nullus percussus est; — Marc. 27, 7: nec umquam sagati fuerant sub eo milites; — Macr. 6, 2: sub eo principe uiueremus; — Comm. 13, 5: uicti sunt sub eo. —

[161]) Salmas. I. p. 1017, b, 1018, a: „aliter hac locutione „sub ictu" utuntur illius aetatis scriptores, ut cum dicunt: sub ictu mortis" quibus uerbis temporis momentum designant, quo mors excipitur." —

Nomina quae praepositionum uice funguntur et cum genetiuo construuntur.

Merito.

Rönsch². p. 398. Trig. t. 22, 7: Alexander uirtutum merito uocatus est; — Heliog. 6, 2: in senatum legit sine discrimine aetatis census generis pecuniae merito. —

Gratia.

H. II. p. 753. Diad. 3, 3: ut amaretur ab omnibus gratia uenustatis; Carac. 1, 8; — Prob. 19, 4: gratia noui uiroris; — Heliog. 31, 3: gratia patris; Carac. 7, 1; Gord. 8, 6; — 28, 6: innumera exempla conferri possunt. haec subficiant. —

Causa.

Hadr. 13, 9: ita cum his egit, ut eos paeniteret, causa speciatim Pharasmani; — Ver. 9, 7: dimittere c. luxuriae; — Ver. 6, 1: litteras c. Circensium accepit; Pesc. N. 5, 7; Heliog. 18, 2; — Hel. 3, 3: datum congiarium c. adoptionis; Diad. 2, 4; Al. Seu. 31, 3; Gord. 23, 6; — Bonos. 14, 3: in honoro habuit c. militiae; Aurel. 23, 5; 49, 7; Carin. 20, 2; alia exempla conligenti sescenties obuiam fiunt. —

INDEX PRAEPOSITIONVM.

INDEX LOCORVM E RE CRITICA MEMORABILIVM.

CORRIGENDA.

p. 2 in adnotatione l. 1 legas: subsidium, pro: subsidum.
p. 68 „ „ l. 8 „ nisi, pro insi.

Im Verlage von

Carl Konegen in Wien (Heinrichshof)

ist ferner erschienen:

Bitschofsky, Dr. Rudolphus, De C. Sollii Apollinaris Sidonii studiis Statianis. 1881. 6. Bogen 8. Preis: 80 kr. = M. 1.60

Hittmair, Dr. A., Die partikel be in der mittel- und neuhochdeutschen verbalcomposition. 1882. 18 Bogen 8. Preis: 3 fl. = M. 6.

Hultzsch, Eugen, Glossar zum Bombay departemental third book of Samskrit 1882. 5½ Bogen. kl. 8. Preis: 90 kr. = M. 1.80.

Krall, Dr. Jacob, Demotische und assyrische Contracte. 1881. gr. 8. 2 Bogen. Preis: 40 kr. = 80 Pf.

Mekler, Siegfried, Euripidea. Textkritische Studien. gr. 8. 1879. 5 Bogen. Preis: fl. 1 = M. 2.

Mekler, Sigofredus, Lectionum Graecarum specimen. 1882. 2 Bog. 8. Preis: 40 kr. = 80 Pf.

Minor, J. & A. Sauer, Studien zur Goethe-Philologie. 1880. 18 Bogen. gr. 8. Preis: fl. 3 = M. 6.

Müller-Strübing, Dr. Hermann, Thukydideische Forschungen. 1880. 18 Bogen. gr. 8. Preis: fl. 3.50 = M. 7.

Sedlmayer, Dr. H. S., Kritischer Commentar zu Ovid's Heroiden. 1880. gr. 8. 5 Bogen. Preis: 80 kr. = M. 1.60.

Untersuchungen aus der alten Geschichte:

Heft 1. **Krall, Dr. Jacob,** Tacitus und der Orient. Sachlicher Commentar zu den orientalischen Stellen in den Schriften des Tacitus. I. Theil. Historien IV. 83—84. Die Herkunft des Sarapis. 1880. 5 Bogen. gr. 8. Preis: 80 kr. = M. 1.60.

Heft 2. **Fellner, Dr. Thomas,** Forschung und Darstellungsweise des Thukydides. Gezeigt an einer Kritik des achten Buches. 1880. 5 Bogen. gr. 8. Preis: 80 kr. = M. 1.60.

Heft 3. **Friedrich, Dr. Thomas,** Biographie des Barkiden Mago. Ein Beitrag zur Kritik des Valerius Antias. 1880. 4 Bogen. gr. 8. Preis: 80 kr. = M. 1.60.

Heft 4. **Szántó, Dr. Emil,** Untersuchungen über das attische Bürgerrecht. 1881. 4 Bogen. gr. 8. Preis: 80 kr. = M. 1.60.

Ziwsa, Carl, k. k. Professor. Die Eurhythmische Technik de[s] Catullus. 1879. gr. 8. Preis: 30 kr. = 60 Pf.

Fr. Winiker & Schickardt, k. k. Hofbuchdrucker, Brünn.